⁊ decrementum. Secundo rectitudinis ☽ quando medio cursui additur ad medium eius adiectio ⁊ subtractio. Tertio loco ☽ in circulo ecētrico. Quarto locus in circulo digressionis. Quinto inter austrum ⁊ aquilonē. Sexto dies quos marinos vocant egyptii ⁊ occidentales dies augmenti ⁊ decrementi aquarum qui locus non lunaris proprietatis est. Septimo longitudo diei vel noctis aut breuitas qui locus solaris proprietatis. Octauo loco est quantum ventorum vis addicit. Sunt itaqꝫ lunaris a ☉ destere .i. quatuor loca inter augmenta ⁊ decrementa discreta. Primus ☽ cum ☉ conuētus. Secundus est primus tetragonus cum est diatontos. Tertia est oppositio qua plurium luminum fit. Quartus est tetragonus. Est igitur in conuētu luminū maris accessus validus ⁊ spaciosus recessus esse: addit enim ☉ coniunctus in his ☽ vicibus. Est enim ⁊ ☉ in accessu maris nonnulla vis. sicqꝫ quotiens ☽ stellis humidis iungitur. Hora siquidem qua ☽ ☉ coniuncta succumbit vt rerum vomitem rerum semina concipiens conceptus vires statim in subiecti elementi motus .i. maris a tactu manifestius demonstrabat longe nanqꝫ efficacior est ☽ cum ☉ q̄ cum stellis naturali ☽ in ☉ priuilegio conuentus. Ab hac ergo conuentus hora quantū recedit ☽ vis accessus decrescit: recessus v̄o augetur vsqꝫ ad primum tetragonum: hic decremento finito versa vice accessus augmentum vsqꝫ ad plenilunium peruenit: hinc vsqꝫ ad tetragonum decrementum: indeqꝫ ad conuentum: item decrescentiam recessu accessus incrementum: excepto q̄ iter quod in oppositione id est plenilunio vis ☽ tanq̄ maturos conceptus primus edentis efficacior: sicqꝫ in tetragono primo q̄ secundo. Ut igitur infra mundi conuersionem id est diem vnum cum diurno lune progressu gemini accessus geminiqꝫ recessus: sic infra ☽ reditum id est mensem vnum geminaqꝫ decrementa fiunt illic inter celi hic inter lune a sole cardines. Secundo loco prima luna collocanda est. Quo facto quādiu rectitudo lune medio eius adiicitur vis accessus preualet. q̄ diu v̄o detrahitur vis recessus prepotens idqꝫ victu rectitudinis quantitatem. Cū autem nec additur quicq̄ nec detrahitur nec accessus nec recessus vis hac ex parte crescit vel decrescit. Hi v̄o motus etiā in aquis dulcibus fluuiis ac fontibus hos ☽ ducatus precedente sequuntur. Tertio loco q̄ diu ☽ absіde circuli sui ex parte .200. gradibus destituerit vis accessus preualet infra .90. recessus. Quarto loco q̄ diu ☽ in latitudine sua ascendit accessus vis augetur q̄ diu descendit recessus. Quinto loco q̄ diu signa borealia ☽ graditur borealium marium accessus auget australium recessus: q̄ diu vero in australibus est commutata australiū accessus preualet: borealium autem recessus quantum ad hos genus attinet. Magis autem inter hec pariter post primum tetragonum ☽ compoto addente atqꝫ in inferiori circuli sui parte ab orizōte: maris enim gente in signis humidis cum stellis humidis atqꝫ decentibus: his enim omnibus adunatis non solum marium accessus abundant: sed etiā amnes ac fontes accrescūt. Sexto loco sunt dies lunaci oiū quos marinos appellamus. Est eniꝫ lunationis mensis dierum .29. ac fere dimidii quibus quadripartito diuisis

singulos quadrantes dies septem ac fere dimidiũ complent. Igitur a .27. mẽsis die vsqꝫ ad quartam dimidium sequẽtis mensis dies diminutim nuncupantur: sequẽtes vero quatuor ⁊ dimidius augmẽtatiui: propterea quidez accessus detrimenta quedam in his vero augmẽta sentiunt atqꝫ ad hũc motum sequentes duo quadrãtes inter hos duos motus vsqꝫ ad .27. dies vicissim succedunt. Id igitur hoc modo egyptijs atqꝫ occidentalibus compertum. Orientalibus omnibus maris affectionum peritis totũ totis his quadrantibus per augmenta ⁊ decrementa visuz est hoc modo alterari: sed inter septem dies quos illi diminutiones dicunt vnum vel duos detrimenti inter augmentationes totidem esse incrementi dies constant tamẽ apud mẽsticos inter hos lunationum quadrãtes etiam aquarum dulciuz inter augmenta ⁊ decrementa quidem altionum motus. Nonnulli vero de maritimis lunationum dies inter augmenta ⁊ decrementa tripartito numerantes primis .7. aut .10. diebus accessus incrementum vltimis .10. decrementum: medijs vero medium sentiri statum. Septimo loco est quantum ☉ etiam adminiculum huiusmodi motibus viribus addit. Licet enim ☽ quidem ꝓpius sit accessuum ⁊ recessuum ducatus: in augmentis tamen ⁊ decremẽtis eorum nonnihil tam ☉ quam stelle adijciunt. Compertum enim est per diuersa maria in quibus hi motus apparent certis anni tẽporibus inter dies ⁊ noctes horum motuum inter augmenta ⁊ decremẽta vim alterari ꝙ a ☉ inter signa australia ⁊ borealia accidere videtur: quãdiu namqꝫ dies nocte longior est diuturnus maris accessus nocturno preualet: conuerso similiter horum itaqꝫ motuum quoniã ad hoc genus attinet ad puncta equinoctialia vtriusqꝫ equalitas: ad solstitialia vero alterius augmentum alterius decrementum maximum sentitur. ¶ Est huius horum motuum alterationis causa duplex. Prima est quantum sol inter diei noctisue vicissitudines adijcit. Cum enim dies nocte longior est sol diutius super terram aquas calefaciens caloris viribus eximis abyssis vndas euocat: vnde diuturnos aquarum motus nocturnis preualere necesse est. Secundo loco est quãtum lune longior in superiori hemisperio mora tm̃ supaddidit cum enim nox die lõgior est luna nocte super terram: quia diutius orientia signa retinet nocturnos motus diurnis more spacio preficit. Hinc igitur vt per singulos dies bini recessus: sicqꝫ per singulos menses bina vtrorũqꝫ augmẽta: binaqꝫ decrementa fieri supradictum est sicut nunc: ⁊ per singulos annos eorum motuũ totidem augmenta ⁊ decrementa fieri apparet similitudine quadam illis cõcordantia: vt enim nocturnus accessus luna super terram sole in sagittario existente eorum conuentus accessuum similitudinum imitari videtur sic oppositionis accessum diurnus sole geminos luna superius hemisperium occupante sicqꝫ ceteri de annuis ceteris mensurnis incremento non vero equalitate ꝙ cõmetiri facile. Hec itaqꝫ testimonia si quando omnia conueniant valida ⁊ spaciosissima aquaruz incrementa consequentur atqꝫ omnia illorum numero qnantitatis horum mensura succedit. Sunt igitur hi .7. ducatus naturales. Nã octauus accidentalis quantũ videlicet aquarũ motibus

venti magni permane coacti pelagus omne concitantes adiciunt. Uentorum ergo omne pelagus agitantium duo sunt genera: alterum quidem quod alte maris vnde supernum ad motum scopuloso fundo repercussum: vimque ad supera efferuentes eximis: vt supra dictum est: abyssis in amnis eueniunt. Alterum verum per auras coactum terreque marique quem desuper irruens: ac marino illi in equore conueniens furibundos pelagi motus exagitant. Primi ergo generis species gemini tantum equoris confinea permeantes raro vsque ad litoria perueniunt. Secundi vero flamma ex diuersis locis spirantia inter terrarum orbem peruolant: aliis namque loca principalia sunt: aliis secundaria ac principalia sunt in .4. mundi cardinibus. Secundaria vero inter 4. hec media. In his igitur quantum huic attinet negocio id principaliter attendendum quod cum lune motu ab ortu ad occasum maris recessus committetur: venti quidem orientales accedendi viribus fauent occidentales obsistentes recedendi vires promouent: sicque inter meridionales conseptentrionales quique suis partibus aspirantes contrariis obstant. Quod ergo supra dictum est naturale vtriusque hemisperii accessum consequenti recessui more spacio equum esse id quidem ita est nisi quantum ex accidenti: vt dictum est: inequalitatis intercidat. Huius ergo accidentis duo sunt genera: alterum proprium: cuius quas descripsimus. 7. cause sunt: alterum alienum quod s. ventorum vis adicit. Ex his igitur. 8. locis omne accessuum et recessuum augmentum atque decrementum variatur: de his autem accessibus et recessibus sententia hec vniuersalis quod accessus quidem primus motus effectu lune naturali effectu sequitur. Recessus vero naturalis aquarum vnde ad maria exierant reditus. Cum ergo accessus mora longius producatur augmenti fere quantitate sequentis recessus spacium breuiatur. Conuerso similiter accidit preterea nonnihil inequalitatis ex littorum interdum importunitate. Cum enim accessus exterius inundat littoribus si forte vel rupium concauis vel vallibus aut foueis altis influat parte relicta minus redire necesse est. Sic etiam qua contra fluuios mari influentes accessus nititur ex recentis aquis recessum preualere necesse est.

Capitulum septimum.


His explanatis nunc huiusmodi causam lune afferendam opinor quod ratam relinquatur si contradicentium opinionem infirmemus. Aiunt enim nature maris inesse non aliqua lune potentia vt vno feruore quodam vndas exagitet: hisque defluentibus accessum fieri. Si enim desuper ambiendo maris accessum agit. Cur non amnium etiam et fontium aquas eisdem de causis eisdem motibus exagitatur. Quibus quatuor ex locis respondemus. Primo quidem quod si accessum maris nulla vis aliena sed proprie nature vigor amministraret nunquam aliquid inequalitati assumens eodem semper modo eodem tempore eademque spacii quantitate fieret. Nec enim proprium nec opus aliquod alienum patiens ab eodem nec suo habitu ad alterum aliquando vnquam recedet. Uidemus enim hec quantitate qualitate locis et temporibus semper alterari: alterationes vero lunares motus inane comitari.

¶ Secundo vero loco ꝙ cum aque diffluentes ad extrema discurrent maiori nimirum ꝙ̄ qui continet loco opus est. Si ergo mare ex seipso in ampliora loca diffluit: qua iterum vi ad non sufficientem locum sibi repellitur. Id enim in natura non est vt quare nequis aliquid sponte consistere velit. ¶ Tertio loco ꝙ cum aque natura deorsum semper atq̧ in profunduȝ tendat: quid est ꝙ in accessu aquas non deorsum sed contrario motu efferri in alterum atq̧ ad superiora conscēdere videmus. Q̄ꝛ cum in natura aque nō sit: extrinsecam rei causam aliquam esse necesse erat: que preter lunam nulla alia reperitur. ¶ Quartus locus rationem obuiat eoꝝ qua eisdem de causis eosdem motus: etiam dulcium aquarum transire sibi videntur. In quo loco maris atq̧ dulcis aque differentia sufficit: sed ad maris aque conflue dense salebre fluminum atq̧ id genus diffluę subtiles dulces. Que cum ita sint non omne ꝙ alteris acciderit: alteri consequi necesse est.

Capitulum octauum.



Cum igitur in natura maris tanta sit lune virtus: consequens videtur vt inter ipa maria: eorūq̧ lunarem potentiam sequuntur: a ceteris fiat discretio: vt eniȝ apud philosophos constat luna qdem in nullo maris prorsus inefficax est: sed eius vis ⁊ efficatia alias quidem manifesta magis alias minus non equidem ipsius aliquo impedimento: sed maris habitu minus adapto. Est igitur omnis marium habitus triformis. Sunt enim mariū alia quoꝝ nec accessus fit nec recessus: alia in qbus qdem hi motus sed nō apparent. Alia vero in qbus ⁊ fiunt ⁊ apparent. Primoꝝ itaq̧ duum generum trine species. In primo genere prime speciei sunt aque ille que in primeuo confligi: nec longi temporis condensate nec salebre: sicq̧ nec ventoꝝ eos motus incitantium feraces hoc officium proprie nulla impotentia recusarunt: vt lacus atq̧ paludes que ex aliqua eluuione in aliquo receptaculo in similitudine maris confuse hyemali tempestate accrescūt estiuo tortore decrescunt. Scđe speciei sunt mariū intrantiū a lune circuitu remota vt vsq̧ ad ea lune vis ꝑtingere nō possit. Tertie speciei sacri quarum fundus mollis atq̧ labilis qui cum aquarū impulsibus cedat nihil est ꝙ eas repercussas in accessum cogitat ꝙ circa pro muretoria ⁊ insulas frequenter accidit. In secundo genere prime speciei sunt maria quorum littora seu tanta abinuicem latitudine distant sui in tm̄ ab hominū habitationum remota sunt vt licet accedant ⁊ recedāt non adest qui motus illos indicet. Secūde speciei sunt maria quoꝝ littora abinuiceȝ latitudine distant nec inhabitabilia sunt sed a deo sunt ⁊ in festa ⁊ sublimia ꝑfusq̧ planitie carētia vt lȝ cetera moueantur non habent quo effluant. Tertie speciei sunt aque aliis influētes hi nāq̧ accessus hora qbus influunt accedūt. Tertij generis sunt maria primeui fluxus vix tēporis impēdio transfretādo lunari circulo propinqua quoꝝ fundus altus asper scopulos ⁊ littora plana ⁊ habitabilia vt fretū indicum: ꝑsicū: scintū: gallicū: hisq̧ similia que nō ꝑ se sed lune quodā officio vt expositū est ita mouent. Demonstratū autē est

inferioris mūdi corporum motus ꝓuios celestiū itus atqꝫ reditus. archanis quibusdam nature vinculis trahentes sequi vt inter ipsa etiaz terrestria corpora exemplis superius patefactum est: ad hūc itaqꝫ moduz ⁊ luna maria nature sue congrua ad equū distantia archana quadam cognatione trahit.

¶ Habet autem ⁊ sol in maris aliquid virtutis: verbi gr̄a idicum ⁊ psicū congruētia vnū qdem mare sunt: habēt tamē proprietates ꝯtrarias solares ambitus sequaces. psicum enim fretū a principio virginis vsqꝫ ad caput pisciū vētis puium procellis turgidū omni nauigio intractabile permanet. A pisce vero vsqꝫ ad virginem contra. s. quietū cōpatiens. Usqꝫ adeo quidem in principio sagittarij validissimus feruor eius seuiat. In primo geminorū ꝯtra potētissimū quiescat. Indicū contra ꝙ diu nāqꝫ psicum feruor seuit. indicum qescit ꝯtrario silr̄ vsqꝫ adeo in primo geminorum. Indicū maxime seuiat in principio sagittarij suauissimū. Sic tanta est eorum discrepātia vt persici natura melancolici. Indici vero colerici iudicent quorum integram distantiam notissimi nautarum certis etiam terminis emersi sunt. Persicum enim fretum ex parte orientis ab interfimo insularum terses ⁊ argues inchoantes occidentem versus ad sabeos arabesqꝫ terras perducunt vsqꝫ intra portus aditi: inde ad egytum ⁊ siream fit᷒ comeatus. Indicuz autem ex orientis parte ab vltimis indie finibus inceptum. Indeqꝫ causa profanem insulam circū fluens sicqꝫ diuersas indie atqꝫ ethiopie pronuncias abluens vsqꝫ ad orientalia. persici freti littora protenditur. Hec itaqꝫ maria pro diuerso littorum habitu diuersas etiam affectiones sentiunt ad solaris ambitus diuersitatez spectantes. Cuius virtus nihilominus in ceteris quoqꝫ maribus sentitur ꝙ in tempore demonstrasse sufficiat.

¶ De ducatu lune in aialibus ⁊ germinibus. Caplm̄. 9.



Actenus singularem lune virtutē in natura maris ⁊ aquarum quantum necessariū erat exequuti sumus. Deinceps ⁊ in ipsarum inferioris mūdi corporum varijs affectionibus lunaris ducatus sequēdus est. Nec enim in elementoruz tantum motibus verū in quottidianis etiam rerum vsibus lunaris virtutis freqūes ministeriū. ¶ Sunt namqꝫ plurima rerum genera que quādiu luna crescit atqꝫ super loca eorum ascendit incrementis largius indulgent quādiu decrescit atqꝫ a locis eorum descendit incrementa retrahūt. Idqꝫ in animalibus germinib᷒ ⁊ metallis: sic enim crescenti luna in corporibus aialium humores habundant: decrescente attenuantur vt etiaz humani corporis vene illic pleniores hic laxiores reperies ꝙ in egrotantibus clarius apparet. Qui enim prioris lunationis medietate decūbunt natura eoruz fortior morbo validius repugnat: in sequenti debilior leuius succūbit. Quottidianas etiam egrotantiuz affectiones quottidiane oīno lune applicationes ad primū locuz trigone tetragone opposite ⁊ reditus metiunt: ob quod priuilegiuz hi dies inter ceteros certo noīe discreti sunt. Nam ⁊ naute in hos dies discernētes vētorum nubiuz ⁊ pluuiarum modum deprehendūt. Inter hoc est ⁊ illud ꝙ quotiens

homines noctu sub luce lune conuersantur pigritia ꝛ raritate quadam afficiunt ꝛ illud quoqꝫ ꝙ animaliũ carnes noctu lune exposite tam odorem ꝙ saporẽ quodammodo imutant. Quod quoqꝫ etiã aialibus frigidũ ꝛ humidum est vt lac cerebrum medulla crescente luna habũdat decrescẽte attenuatur: aut secus ꝛ album oui in prima lunationis medietate concepti atqꝫ editi habundantius cõmutat: eadẽ omnia tam die ꝙ nocte inter circuli quadrante diuersis locis ascendendo ꝛ descendendo. Nõnulla quoqꝫ pisciũ genera per diuersas aquas in prima lunatiõis medietate de speluncis suis prodeunt in sequenti inclusa remanẽt. Sic etiam ascendente luna ad superiora efferuntur: descendente ad ima mergunt. aut secus vermes atqꝫ reptilia fere quoqꝫ ꝛ accipitres in prima lunatiõis medietate venatu acutiores ꝛ feruentiores sunt. Insitiones etiam lune crescentis atqꝫ ascendentis ꝛ incremẽtis indulgent ꝛ fructus accelerant minus vero decrescentis ꝛ descendentis. Plura autẽ germina vt licium luna exsiccat ꝛ adurit. Cuius quanta sit virtus in germinibus herbis seminibus ꝛ radicibus apud eorum qui horum cultetur dediti sunt vsitatis experimentis probatissimũ constat: sed nec metalla lunaris virtutis imunia sunt omnino que cognitores crescẽti luna digniora: decrescenti minus digna reperiunt. Suntqꝫ multa huiusmodi in rebus mundi lunaris ducatus officia que vt omnia consequi impossibile sit numero enumerare singula: quicꝙ frustra laboret.

¶ Quarti libri capitula nouem.



Rimum de septẽ stellarum nã iuxta ptholomeũ. ¶ Secundũ de earũdẽ natura simulqꝫ fortuna ꝛ ifortunio iuxta quosdã plebeios astrologos. ¶ Tertiũ de eis qui stellaꝝ naturam fortunã ꝛ infortuniũ ex coloribꝰ eorum mutant. ¶ Quartũ de iuẽtione fortune eaꝝ ꝛ infortunij in phica indagine. ¶ Quintum de discretione inter fortunatas ꝛ infortunas. ¶ Sextum de diuersitate habitus vtriusqꝫ stellaꝝ generis trãsitu alteruterius alterius. ¶ Septimũ de mutatione stellaꝝ ꝛ natura effectuqꝫ in temporuꝫ motibus. ¶ Octauũ de stellis masculinis ꝛ femininis. ¶ Nonũ de diurnis ꝛ nocturnis.

¶ De septẽ stellaꝝ natura iuxta ptholomeum. Caplm. I.



Ost alexãdrum macedonẽ grecie reges egypto. 275 annis imperasse narrant: quoꝝ decẽ ꝯtinuo succedentes oẽs vno ptholomeus noie vocati sunt. Ex quibꝰ vnus ex philadelphia ortus in egypto regnãs astronomie librũ almagesti greca ionica lingua scripsit: eidẽ nõnulli ꝛ astrologie tractatus. 4. partiũ ascribũt pluricꝫ vnicuiqꝫ ex alijs

ꝙ nihil ita cõfirmare vel aliter esse nostra nihil itereſt; excepto in meo libro stellaꝝ naturas differat minus accurate reꝝ causas exequutus est. A sole siquidem incipiens cum experto vt est calidum affirmat accedẽdo namqꝫ calorem affert: recedendo frigus relinquit. Lunam humidã ꝙ terra vicina ascẽdente vapore eius efficiat. Saturnum frigidũ siccũ quoniam ꝛ a solis calore ꝛ terre vapore longe remotus sit. Martem calidũ siccuʒ prout calor igneus firmat: quoniã soli propinquius calore ascendente feruet. Jouem tẽperatum quidẽ inter saturnũ ꝛ martem medius sit. Venerẽ etiam calidaʒ humidam illud pro solis vicinia hinc pro terre vapore vsqꝫ ad ipsum peruenien te: Mercuriũ autẽ nunc siccum nunc humidum, prout nunc ad solẽ ascendit nunc ad lune circulum deuergit. Quam nõ nulli rerum naturaʒ altius rimati tanti viri tam improuisam euentioneʒ sine ammiratione trãsire nequeũt. Constat enim ex libris interuallorum celestium corporum lune circulum quo terre proximus est a terre superficie. 128. miliariũ milibus ac vere. 94. miliaribus distare singula miliaria ex ternis cubitoruʒ milibus. Philosophus autem mensus est terre vapores a superficie eius non plus ꝙ. 17. stadijs exaltari. Stadium vero quadringentorum cubitorum que sunt duo miliaria ꝛ vnum stadium que cũ ita sint que tanta lune terreqꝫ vicinia que hic ait: naturam lune terre vaporibus infici. Si enim luna terre vaporuʒ capax esset consequi eam necesse foret que corpora vaporũ capacia consequũtur illis sed infectis corruptio ꝛ dissolutio. Deinde cum martem suppositi solis ascendente calore feruere asserat opinari videtur soleʒ eandẽ vim superiori mundo infere qua in inferiorem potentia vtitur. Jnfert autem sol inferiori mundo calorem ignis ſm virtutẽ ignis sublunaris mundi elementũ. Sic ergo ꝛ celestia corpora horum elementoꝝ capacia esse consequens est. Cur itaqꝫ nec mars continuo caloris effectu nigrescit: nec saturnus in medicabili frigore pallescit aut hic incessabili flãma quandoqꝫ non cõburitur aut ille perpetuo gelu non interit: qua in corporibus haꝝ viriũ capacibus naturaliter consequi videmus. Sic igitur venus quoqꝫ nec ex terre vaporibꝰ nec ex solis vicinia caloreʒ trahit. sicqꝫ nec saturnus frigidus siccus pro eo ꝙ ab vtroqꝫ longius distat cum propinquis contrarioruʒ causa non existant. Similiter ꝛ iupiter si ex saturni frigore martisqꝫ calore hincinde obuiantibus medius temperatur. Et si quidem equalitates aliũde obuenientes naturam eius conficiunt. Ex accessibus eoꝝ ꝛ recessibus vnde trahũtur alterũ quoqꝫ succumbere necesse est ꝙ accidens in rebus horum capacibus corruptio atqꝫ solutio consequi solet. Eadem ratio nec mercuriũ eis de casis quas exponaʒ nũc siccum esse nec humidũ. Si enim corpora stellarum has qualitates aliũde contraherent eorum substantias eorum qualitates in sese capaces esse necesse foret. Sunt autem qualitates hee elementarie: ergo stellaꝝ substantias ex his elementis compositas esse consequens esset ꝙ inter primordia tractatus reprobatum est. Nec enim celestia corpora ex his elementis composita dum ex alia quadam essentia simplici forma simplici effectu naturali motu horum accidentibus ducatum prebeant.

¶ De earūdem natura simulq3 fortuna & infortunio. Cap. 2.



Uoniam itaq3 stellarum naturam fortunaz & infortunaz tractare ꝓposuimus primo loco minus aptam quorūdam sententiam exponi cōuenit: deinde ꝙ contra sit postremo quidez noster intellectus iuxta philosophicā indaginē apparebit. Dicigitur quoniā imperitos sequi nos oportet: quorum opinionez tractamus tam elementorum. 4. ꝙ eorum in corporibus cōmixtionū naturas & proprietates minus subtili ratiocinatione quadam ac sermone plebeio insequimur eorum ingenijs concordi. Aiunt enim omnē antiquā sententiā sapientum in eo plane intellectu conuenire ꝙ omniū videlicet sublunaris mundi rerum sub his duobus generibus numerus comprehendat que sunt ſm elementa. 4. atq3 ex cōmixtione eorū composita opera suntq3 elementa ignis aqua aer terra. Cōmixtiones vero colera: sanguis: flegma: melancolica: deinde ꝙ elemētis natura quidem inest & proprietas sua cuiq3 nō autem color neq3 sapor que in rebus elementatis insunt. Nam color qui in igne videtur nō ignis est sed materie ardentis: cuius natura calor proprietas adustio. Sic aer etiam cuius natura humor proprietas generatiua temperies sic color aque non equidē est aqua: sed rei ꝑtinentis aquam cuius natura frigus proprietas rerum elementum. Terre quoq3 cui videntur varij colores diuersorum eius vaporum sunt cuius natura siccitas proprietas rerum sustentatio: de sapore non aliter cuius saporis ignis & aer manifesto imunes. Terre vero & aque loca diuersa diuersos ministrant sapores atq3 huiusmodi quorūdam quod non omnium est opinio. In parte siquidem omnes concordant: in parte dissidēt: in naturis quidē & proprietatibus conueniunt. Colores autem & sapores alij elementis omnibus negant alij quibusdam concedunt quorum alia sub diuisio alij namq3 aliud inter sapores & colores tollunt: alij elementorum: alij simul. i. aliquibus: his vero illis vndeq3 igitur aque & terre concedunt: aquaz colore albam sapore dulcem asserentes: terram colore fustam sapore acidā. Quidam terre saporem dulcem eam ratione asserere videntur ꝙ nisi dulcis esset germinare non posset. Igni vero saporem negantes colorem rubeū cōcedunt cuius rationem tam ex hoc igne ꝙ fulgens flammis minuantur. At vero vt saporem negant sic colorem tollunt ꝙ contrariorum capax sit nature albi nunc nigri nunc mediorum complexionum inde vt naturam & proprietatem sic colorem etiam & saporem suum cuiq3 distribuerit: vt ergo colorem visu saporem gustu consequimur sic naturas earum. i. calidum siccuz frigidum humidū per colorem & saporem deprehendimus: proprietatē vero per effectum cum res alie alias contingunt. Est itaq3 colere color igneus: sapor amarus natura calida sicca virtus exurere. Sanguinis color rubeus sapor dulcis natura calida humida virtus generatiua. Flegmatis color albus sapor insipidus: natura frigida humecta: virtus nutritiua. Melancolie color fustus: sapor salsus: natura frigida sicca: virtus retentiua. Hec sunt que de elementis eorūq3 cōmixtionibus locuti ad stellarum corpora trāseamus

quorum naturas ex coloribus tātum mutuant̄: nō ex saporibus quos deprehendere nequierint gustus impossibilitate. Stellarum itaq; naturas calidas siccas frigidas humidas iuxta colorum diuersitates deprehendisse sibi videntur iuxta ꝙ putant rerum naturas colores eaꝝ se consecutos asserentes rerum ab alijs ad alias cognatione quadam ad intellectum sic peruenire a propinquis videlicet ad longius distantes. Sic igitur ab elemētis eorumq; cōmixtionibus ad stellas progredientes naturas earum per colores iudicant. Cuius enim stelle vt aiunt color huius vel illius elementi huiusq; vel illius complexionis est eam stellam eiusdem naturaȝ sortiri minime est. Cuius vero stelle color complexionuȝ color diuersus cōmixtione facta cōmixte quoq; nature est: vt cum terre atq; melancolice color fuscus naturam frigidam siccam indicet vt saturni quoq; idem color eandem naturam eandemq; proprietateȝ atq; virtutem iudicet sic martis quoq; sic ⁊ solis naturas igneas cuius in sole approbatione etiam effectus vsualis precedit: veneris autem color inter album ⁊ glaucum medius eum habeat. Nullū simplicem complexionis alicuius calorem simul ⁊ vt ex colera ⁊ flegmate mixtus est sic naturam eius inter calidum ⁊ frigidum temperatum. i. calidam humidam representat sic iouis etiam color album silans naturam eius tēperatam virtutem geniture congruam demonstrat: ☽ vero colorem albuȝ cum fusco maculet pro fusto frigida pro albo humida natura eius intelligitur. Mercurium autem quia discolorem cernimus vt nunc viridem nūc griseum aliquid vel ab his diuersi dicimus pro varij coloris receptione natureq; varie hac ratione stellarum naturis deprehensis discretione habita quasi siue calidas humidas seu frigidas humidas reperiunt. Quoniā hee qualitates geniture ⁊ nutrimentis accomode sunt fortunatas iudicarunt: quas vero vel calidas siccas vel frigidas siccas pro eo ꝙ hee qualitates corruptiue ⁊ intemperate sunt infortunijs addixerunt quā autem varie nature ignoratur eam prosperam ⁊ beniuolis aduersam cū noxijs discernūt. Hac itaq; ratione saturnus ⁊ mars in partem noxiā secesserūt. Jupiter venus ⁊ luna in parteȝ meliorem. Mercurius vero promiscuus. Sol quoq; licet vt mars igneus quia generale caloris fomentum est interdum fortunatis accedit nōnunq; infortunijs.

¶ De eis qui stellarum naturam fortunam ⁊ infortunium coloribus eorum mutantur. Capitulum. 3.



His expositis nūc qd hoc modo deceptas opiniōes īfringat adhibēdū est. Vident̄ aūt oīno q̄dripharia rōne ꝯtaminari. Primo ꝙ saturni tā terreo q̄ melācolico diuersus color poti⁹ plūbeus est. at iouis color si in glauco īficit q̄uo albū trahit cū albū aliquolibet colore infectū albū eē desinat. s. stellā martis. Veneris aūt color manifeste subalbidus cū v̄o solē marte calidiorē eē nemo dubitat si coloꝝ ad naturā spectat solē marte magis rubere necesse est. Q; aliter esse nec eoꝝ visib⁹ ignotuȝ est. Ne v̄o mercuriū ꝑ varijs coloribus varis afficiāt naturis varietate colorū

cuius non naturas eius sed visus nostros causas esse distant. Qui quoniã vt non iuxta orizontem apparet varij terre vapores medij visus nostros intercipientes coloribus suis inficiunt lunam denique nemo qui sano lumine fruatur albam iudicat. ¶ Secundo loco quoniam comparatio diuersi generis nulla est non ideo quidem hos colores corpora stellarum representant: his qualitatibus earum naturas infici necesse est cum eni id in huius mundi corporibus accidat nec enim sunt generis eiusdem quorum differẽtias nemo notus ignorat. ¶ Tertio loco quod nec celestium nec terrestriu corporum naturas vt putant per colores coru deprehendimus compluri ma eiusdem coloris diuerse tamen nature nouerimus vt ecce nix et cãna ambo quidem et eque candida sunt alterum tamen calidum siccũ. alterum frigidu humidũ. Sic et aloe coloris fere eiusdẽ natura tñ cõtrarie. Sũtque multa hmõi sed ecõuerso nõnulla quorum natura effectu potius q̃ colore innotuit. ¶ Quarto loco qꝫ cũ eas stellas fortunatas iudicẽt que elementis conueniunt ex qbus aliqd gignit ex oibus aũt reru generatio fiat singulasque singulis conuenire asserant omnes esse fortunatas consequens est.

¶ De inuentione fortune earum et infortunij phica indagine. Caplm. iiij.



Nunc qua discretione phica indago fortunatas et infortunia separet insinuari ordo postulat. Ois phie purior intellectus omniũ huius mundi reru vt primu cuiusque natura inter cõmodum et noxium pspexit: statim inter fortunã et infortunium ordinẽ distribuit: singulasque ordinis sui generali nomine appellendas censuit. Unde inter omnia rerum genera quodcũque geniture atque tpamento elementorum cõmixtione corporũ cõpositioni vite spacio salute cõmodis: atque dignitatibus tam animi q̃ corporis accõmodum existit iure melioris fortune vocabulo secerni debuit. Quorum autem oium horum detrimentu in corruptionem et interniciem intendebat: id etiam non inmerito in partem contrariã cedere conueniebat. his intellectis memorandum qꝫ a principio tractatus explanatu credimus motus et stellarum qualitates motuum effectus per hunc mundum illi natali quadam affectione alligatum. Nunc autem adijciendum septem stellas que omnis huius mundi effectus principale ministerium gerunt. q̃ q̃ singulariter et vario discurrant. Discursus vero huiusmodi plures ac dissimiles cuiusque circulos causas existere. Quãq̃ eteni quelibet errantium naturali motu suo nec tardans vnq̃ nec accelerans medio semper equaliter ferat: retineri tamen illam interdum et moueri necesse est in circulo retrogradationis in circulo ex centri atque vtrũque in signifero vtriusque modum et quantitatem et ptitiones dimetiente. Quibus ex causis tam motibus earum imo etiam et diuersas ineq̃litates q̃ varias colorum dissilitudines ppetuo alterari necesse est: quas ineq̃litates naturarũ quoque et pprietatũ stellarũ infra varietatẽ cõsequi ratio h3. Naturas itaque stellarũ phia determinat que corpa sperica motu circulari mundũ ppetuo ambire describit. Proprietates vero ex horu motuũ per hunc mundũ effecubus mu

tuatas cum partem rerum geniture ⁊ alimentis accomoda partem ad reruꝫ corruptionem ⁊ interniciem inclinem videntiure partem fortunatam partē infortunij nomine notandam inter hos censuit. Hec enim in essentia sua alterutrū vnq̄ fortune genus concipiunt: sed in nobis semper vtraq̄ representant. vnde est q̄ naturam ⁊ naturatū discriminari necesse erat quoꝝ alteruꝫ ex causa videlicet ex effectu deprehenderūt. Quicquid enim genitū est nūq̄ gigneretur nisi in natura quidem erat nō actu potentia sed speciales dr̄e coeuntes in actu producuntur: sydereo desuper ambitu concitante. ¶ Hunc itaq̄ motum siquidem hic modus huiusmodi casibus subiacebat in effectu rerum huiusmodi: in alterutram fortune parteꝫ concedre necesse erat. homo siquidem ⁊ asinus in natura animalium indifferenter sunt neutrum altero magis minusue animal aut in materia rerum aliud hominis corpus aliud asini. At vbi speciales dr̄e accesserunt protinus alterū bipes erecto ad sydra vultu ratione ⁊ intellectu venturū prodijt alterum quadrupes pronum sensui irrationali contētum. Tum in speciebus singulares indiuiduorum proprietates accite singula deniq̄ mundi corpora effingunt. quorum tamē alijs vita stabilis: habitus decens forme dignitas accomode hisq̄ similia. Alijs vero contraria ꝯtingunt genitrices concitantium motuum partem fortunatam: partem noxiam censeri consequens erat. Has ergo qualitates omnes celesti potentia tribus modis imitamur. Primo pro ipsius stelle cuiusq̄ motu. Secundo pro alterius in alteram effectu. Tertio pro receptione elementaria huiusmodi actuum. Quicquid enim ex illis ⁊ his gignitur illorum actus consilio: horūq̄ passionis modo propria generatione respondet. Cū igitur ex huiusmodi coitu apta perfectaq̄ generatio prodit ⁊ illam nimiꝝ cōmode egisse: ⁊ hoc amice consensisse cōcipimus: eamq̄ partem fortunatam intelligimus. Infortunia vero que natura hoc abhorrens atq̄ inuita patiens vel felicibus aborsuꝫ patitur vel in infaustos partus erumpit. Est igitur huiusmodi geniture trina proles. Prima in specieꝝ diuisionem. Scd̄a indiuiduoꝝ. Tertia in eorūdē proprijs ⁊ accidentibus.

¶ De discretione inter fortunatas ⁊ infortunia. Caplm .5.



Uoniam inter stellas quasdā fortunatas: altera infortunia esse demonstratum est: nūc inter ipsas que fortuna sint discernendum est. Omnis rerū compositio ex elementorum consensu quodam procedit quem consensum temporum temperies amministrat preuios quarundam stellarum motus consequens. Quecunq̄ ergo stella ad huiusmodi temperiem atq̄ generationes rerum ⁊ vitaꝫ proprio motu ducit huic mūdo vt est fortunata nūcupatur. Que vero ad nature discessum generationis impedimentum ⁊ corruptioneꝫ declinat merito infortunium appellatur. Hac itaq̄ ratione vetusta imago in stellaruꝫ numero fortunatas infortunia calidas frigidas siccas humidas masculinas femineas diurnas nocturnas ceteraq̄ id generis tandem discernit. Hec enim in se aliquid huiusmodi sunt qbus mundi sunt: sed effectus eaꝝ huiusmodi apud

nos constans est. Singularius quidem vt ♄ quotiēs ducatus anni princi/
patum sortitur sine ♂ aliarūue respectu per vniuersas boree vicinias hye/
male frigus exasperat vsqꝫ adeo quo ad eorum regimen aīalium pluraqꝫ
interimat ⁊ germinum plurima sicco frigore impediat: magisqꝫ in circulo
excentri ascendens. Australibus ante loci estu ☉ feruidas intātum infrigi/
dat auras quoad huiusmodi temperies eoꝝ ⁊ aīalium vite: saluti viribus
⁊ germinum vbertati non nihil adijciat. Similiter ♂ anni dominij princi/
patum obtinens sine ♄ aliorum respectu borealibus hyemem mitigat: au/
stralibus estatem exasperat. Interim vsqꝫquo nec illi frigoris temperie pa/
rum proficiat in hoc estu intēperato plurimū afficiat. Ut autem supradictū
est solares quidem per circulum itus atqꝫ reditus per anni tēpora sequunt̄.
Unde stellaꝝ cum ☉ participatio causa est vt ♄ in quibusdam signis bo/
reales status excitans hyemale frigus auget estiuū calorē minuit. ♂ contra
in qbusdam signis amicis austrū indulget vt vterqꝫ nec sue parti paꝝ ob/
sit ⁊ ꝯrie aliquātulum prosit. ♃ aūt per anni tēpora ☉ permixtus nec alijs
impeditus elementa mundi ex calido ⁊ humido in oēm equam generatio
nem rerum aliter anni ducatus principale consilium gerēs. ♀ etiam ☉ per/
mixta nec alijs impedita suis anni temporibus maximeqꝫ in hyeme aut ve
re annum equa humectatione temporum vt ⁊ estatis ⁊ autūni siccitatē re
leuat nec alter in anni dominio prepotens. ☿ quoqꝫ ☉ permixtus nec alijs
interim respectus totum id tempus varijs qualitatibus veterisqꝫ diuersis
exagit: nec alter annum regens. ☽ vero primo lunationis quadrāte calida
⁊ humida: secundo calida ⁊ sicca: tertio frigida ⁊ sicca: quarto frigida ⁊ hu
mida. Singulis etenim lunationibus totum circulum perambulans sola/
ris anni diuisiones imitatur que cum anni dominio preficitur: aut per anni
tempora ☉ miscetur: nec alijs impedita anni quadrantes: quadripartitis
lunationis qualitatibus ordinat. Nōnullis autem visum ☽ a coniunctiōe
vsqꝫ ad oppositionem calidam ⁊ humidam: deide frigidā ⁊ humidā: qui
⁊ annum lunaris dn̄ij eodem modo per medium findunt. Quoniā ergo
♄ ⁊ ♂ in calore ⁊ frigore intemperate exuperant quarū qualitatū superās
abundantia rerū corruptionis atqꝫ interitus causam nō iniuste infortunia
iudicati sunt: quorum quia ♄ frigidus siccus vtraqꝫ qualitate generatiuis
qualitatibus ꝯrius maius infortunium est. Licet enim quibusdam ptibus
interdum ex eis temperies veniat: nequaꝙ̄ id eorum virtutis sed obuiātis
accessus ☉ aut recessus. ☉ autem cum motu atqꝫ virtutis eius elementoꝝ
temperies rerum compositio: generalis vite sustentatio effectu cōstet. His
tribus de causis fortunatus esse cōmemoratur. ☽ vero cum singulis luna
tionibus zodiacum perambulans: ānuas ☉ virtutes quaternas in nature
temperies in rerum effectus ⁊ vires ipsius maris mutatione renouet. ipsa
quoqꝫ nec imerito fortunata est nisi qꝛ ☉ prout fortior est ⁊ clarior fortuna
maior cognoscitur. ♃ autem virtus quoniā itemperie tempoꝝ mediocris
necnon congruis geniture accomodis. ♀ vero proprietas item in temporis
temperie atqꝫ humectatione salubri consumitur: ⁊ he due in partē fortune

concesserunt. ☿ quoq; effectus quoniam in leui temporum mutatione est: vt nequaq; a temperie mutet: et ipse in propria natura fortunatis aggregatur. Excepto q; multa motuum varietate inter directum et retrogradū tardius: celerius cōtinuo distractus adeo varietatis capax reperitur vt leuiter quibusq; aliis permixtus minus proprie nisi potens in earum affectus concedat. Unde accidit vt permixtus cum fortunatis beniuolus est infortuniis noxius: cum masculis masculus: cum feminis femina: cum diurnis diurna: cum nocturnis nocturna inueniat in quocūq; stella fuerit eius natura accedens: que cum oium aliarum respectu carens nec apud se impeditus est fortunatus reperitur: excepto quantum natura signi in quo fuerit inter vtrāq; partem vel addit uel minuit. Cum igitur inter has tres fortunas discernere velimus qm̄ ♀ ☿ inferiores inuenimus: ac ♀. 47. gradibus. ☿ vero. 27. a ☉ elongari cernimus: sicq; ☿ magis q; ♀ aduri. ♃ autem superiorem a ☉. 180. gradibus relinqui inter eas tres esse fortunas ♃ scilicet q; ut sūmus extitit maior attribuitur fortuna medio ♀ minor: infimo ☿ minima. Sic ergo vtroq; genere discreto. ♄ quidē maius infortuniū extitit. ♂ min9. In parte uero meliori sūma mōi fortuna ☉ est: post hunc ☽: deinde ♃ ♀ ☿. Ad hunc modum stellis inter vtrāq; fortunam discretis licet his qdem fortuna illis contrarium attribuatur. Multa tamē in vtroq; genere diuersitas iuenitur: vt ♂ et ♄ quanq; calore et frigore exuperant: quibusdam iterdum temperiem pariunt: fitq; illis ex infortunio fortuna. Sic igitur ecōtrario fortunate plerūq; prout in circulis suis ascendunt: descēdunt: stant retrogradantur adustioni casui et exicio incidunt: infortunii vicem ineunt. Q; ergo de stellarum fortuna et infortunio apparet non quidem ex natura earuz est sed proprietate. Si enim ex natura esset ♂ effectus ☉ cōsequeretur: semper tamen infortunium in proprio statu infortunium est. Fortunate quoq; in suo quidem habitu beate licet vtrorūq; vt dictum est casualium affectionum multa variatio fiat. Exempli gratia ignis quidem natura calida sicca: proprietas exustio que si nature eius esset omne calidum siccuz vrere necesse fore. Consequenter tamē proprietatem eius diuersi alii effectus: vna eadēq; siquidem hora ignis vrit calefacit siccat stringit firmat solum humectat: vel in diuersis vel in eodem etiā aliquo corpore vel simul vel continuo que ab exustione diuersa sunt. Sic igitur et forma atq; infortuniuz nōnulla stellarum est sed proprietas quedam et virtus: sicq; virtus generis diuersa alia plerūq; accidunt. Hec itaq; proprietas stellaruz bipartita est: altera siquidē veracis atq; imutabilis ducatus nec astrologo necessaria vt effectus fortunate: fortuna infortunii cōtrarium. Idq; in diuisione specierum sub generibus indiuiduorum sub speciebus eorum compositionis qualitas. Hec enim licz concepti spermatis aut sementis aut insitionis variationem habeat: non tamen variatio hec ad spēm ipsam transmutandam sufficit vt ex hois spermate in hoie aliud q; homo fiat: aut equi in equo aliud q; equus: sicq; de ceteris tam animātibus q; germinibus vel metallis. Nullum quippe sidereo ducatu spēm mutans: sed in ipsis et circa ipsa qualitatem: quantitatem: sta-

tus:habitus:affectionum omniumq; tam intro q̄ extrinsecus accidentiu;: omnis variatio sydereos ducatus sequatur. ¶ Altera ꝓprietas astrologici artificij cuius sunt diuerse stelle cuiusq; pro diuerso habitu atq; statu suo ducatus ad diuersa singulorum indiuiduorum accidentia: vt sunt effectus: corruptio corporis: status: quantitas: qualitas: habitudo: forma: color: animi habitus: sensus: cōmoditas: extrinsecus: accidētium casus: hisq; similia. In his enim nōnunq̄ accidit: fortunatos ledere: infortunio blandiri: pro modo status sui ꝛ affectionum per diuersa circula signorumq; loca rerū accidentibus accomoda vel inepta: verbi gratia ♄ proprietas infortuniu;: qui tamē die super terram orientalis directus tam in seipso q̄ in loco suo saluus in vim fortunate concedit. Sic ergo fortunate contra tam suis q̄ locorum incōmodis deprauate. Itaq; stellarum ducatus bipartitus reperitur inter propriu; ꝛ accidens: vterq; tamē suo tempore in sue genere firmus: quorū quin partita subdiuisio. ¶ Primo quidem loco boni maliue effectus proprie stelle virtutis in singulis temporibus vt in diuisione specierum indiuiduorū: vnde alterum altero melius atq; dignius gignitur. ¶ Secundo eodem tempore in diuersis rebus effectus diuersi vt ♄ anni dominus simul alijs terrarum partibus intolerabile frigus infert: alijs blādam temperiem. ¶ Tertio diuersorꝫ effectus in diuersis temporibꝰ vt in borealibꝰ mūdi partibus per signa borealia: in australibus per australia. ¶ Quarto cū fortunato infortunij vicē suscipit aut īfortuniū fortunate. ¶ Quinto quātu; diuerse stelle motus rerum diuersitati adijciunt. Hec igitur vtriusq; stellarum discretio phica indagine deprehensa: his itaq; discretis nūc vtriusq; stellaru; generis habitudinum diuersitas indaganda. ¶ Quāuis enim vt dictū est alie fortunate alie sunt infortunate vtriusq; tamen generis in alterius proprietate; transformandi duplex causa reperitur. Una quantum in ipsa stelle habitu ꝛ affectione. Altera quantum loci qualitas adijcit: sic tamen alie infortunio promptiores: alie fortune impensiores. ¶ Est itaq; proprius cuiusq; habitus atq; affectio vt sit calida sicca frigida humida diurna nocturna orientalis occidentalis: inter hec ꝛ gradiendi modus ceteraq; eorum que in ipsis sunt. Loci vero qualitas vt domicilium principatus trigonus terminus ceterêq; dignitates vel his cōtraria. Infortunium ergo si quādo ex vtroq; genere beatus fortunate vicem suscipit: vtriusq; vero meliori parte desertum vi propria noxium relinquitur magis corruptum: fortunate contra vtroq; genere damnate īfortunijs officium gerunt: liberos beniuolentie effectus cōsequenter magisq; fortes: vt ♄ in naturali oriēte trigoni dominus cardinē tenens tam in se saluus q̄ loco fortis nutriture infantis: atq; vite non incōmodus vtroq; lesus vel coram meliori desertus nutrituram negat. Idem questuum atq; possessionum dux prout dictum est aduersus perditionem ꝛ damna paratus saluus ꝛ fortis cōmodus ♃ etiam nutriture dux prout expositum saluus ꝛ nutriture ꝛ vite salubris corruptus contra. Item questuum dux salutis abundantiam aggregat: corruptus detrimenta patitur.

Sic ergo quoniam vtrunqꝫ stellarum generis mundi rebus nunc amicum
nunc aduersum reperitur: consequens videtur vt habitudinum genus hu-
iusmodi alterati omnes ām̄inistrantes exponamus. Dicamus igitur ꝙ na
tura diei tēperate calida est: noctis vero frigida humida. Stella quoqꝫ oriē
talis quidem calida humida: occidentalis frigida sicca excepta ☽ cuius in-
ter oriens ⁊ occidens alie sunt affectiones.



¶ Itaqꝫ ♄ quanꝗ̄ in frigore exuperet in qui-
busdam tamen locis temperie blanditur: fitqꝫ
illis quasi fortunata: sicqꝫ in signis diurnis ori
entalis in aliqua dignitate sua quantuncunqꝫ
ex his comodum legitur tantū fortunate im
pendit. Idemqꝫ nocte in signis nocturnis occi
dentalis in casu aut exicio suo plenum infortu
nium est quantūcūqꝫ ex his incommodis ces-
sauerit tantum fortunio accedit. Hic itaqꝫ licet
inter vtrāqꝫ partem fortune alternetur infortu
nio tamen multo promptior. ♂ similiter quia
in calore abūdat nocte in signis nocturnis ma-
gisqꝫ frigidis humidis occidentalis in aliqua
dignitate sua fortunato officio rerꝫ saluti accedit. cōtrarijs affectus pro mo-
re suo noxius est: ⁊ hic infortunio magis acliuis.



¶ ♃ etiam vt cū natura sua temperate calida
fortunatum reddens diei naturam adaptat: die
in signis diurnis orientalis in dignitatibus su-
is plena fortuna est quantoqꝫ liberior atqꝫ bea
tior tanto comodior. Nocte in signis nocturnis
occidentalis loco aduerso infortunij vicem pa-
titur magisqꝫ si partem cum his incomodis ⁊
circuli loco aduerso teneat quale est octauum se
xtum duodecimum. Hec tamen stella quia for-
tune impensiorum est infortunio tardus atqꝫ
minus assentit.



¶ Cū aūt oīs rerꝫ generationis pater existit vni-
uersalis ☉ ⁊ ipse qdem mūdi fortuna est: interdū
tn̄ calore interdū frigore inimico adeo īfortunijs
accedit vt ⁊ animantiū ⁊ germinū per plīma loca
interitus atqꝫ detrimēti causa existat. Est ergo for
tunat' trigono ⁊ exagono: īfortuniū vō piunctio-
ne ⁊ oppositiōe tetragono inter vtrūqꝫ stellarꝫ ete
nim cū ☉ piūctio locis quorꝫ talē circulū pmeat
simul est. Oppositio vō qbus longissime recedit.
Tetragonus locis que in parte anni contingit in

parte longe relinquit. Mediis vero trigonū ꝛ exagonū cum qm̄ die est de signis diurnis atqꝫ in aliq̄ dignitate sua apprime beatus probatur: cōtrario contrarius: ꝛ fortuna maior q̄ꝫ infortunium.

¶ Sed ꝛ ♀ q̄ꝫ temperatus humor tempera tam reddens nec noctis accomodat: nocte in signis nocturnis atqꝫ in dignitatibus suis fortuna manifesta de quibus quantum defuerit tantum fortuna minuitur vt contrariis affecta etiā infortunii partem recedat: magisqꝫ in aduersis circuli locis cuius ad fortunam voluptates ꝛ prolem q̄ꝫ ad infortunia ducatur promptior.



¶ ☿ vero prout diuersitatis capax est facile in vtramqꝫ partem conuertitur. ☽ quoqꝫ vt pro ☉ mutatiōe fortunata nocturnūqꝫ lumen est: nocte in signis nocturnis in aliqua dignitate sua manifeste fortune est: ꝯtrario ꝯtra. Estqꝫ ꝛ hec fortune magis assentanea. De igitur stellarum habitudines: locorumqꝫ accidentia inter vtramqꝫ fortunam: augent: mutant: minuunt in his accedit quantum ꝛ permixtio stellaruꝫ adiicit cuiꝰ alie magis alie minꝰ capaces. ¶ Nā ♄ vt nature grosse motꝰ piger est aliquid boni maliue ducit: in natali autem reruꝫ primordiis rem i perpetuū firmat: vt licet postea alie misceat paꝝ mutet. ♃ quoqꝫ qm̄ motu piger a primordiali ducatu suo dū nubi fortis fuerit nō facile: deinde pmixtionē aliquā mouet. ♂ vero nō adeo rigidus quāto celerior tanto eiusqꝫ vires faciliꝰ adimttat. ☉ aūt vt tēpoꝝ alterationes ducatuꝫ gerat qbus alterādis stellaꝝ pmixtiones accedūt receptus eaꝝ vires īferiori mūdo trāsfert. ♀ aūt vt celerior est vel magis passiua vel multo faciliꝰ permixtis qbuslibet ꝯcedit. Nam ☿ vt cōem ꝛ quālibet pteꝫ flectit. ☽ deniqꝫ vt quotidiani reꝝ vsus vicē gerebat q̄ꝫ maxime diuersitatis opus erat: ideoqꝫ vt citiꝰ oium respectus ꝛ ꝯiūctiōes excipit ita oiuꝫ affectibus faciliꝰ inficit. Itaqꝫ infortunia licet īterdū beniuoloꝝ vicem gerant nō tamē fortunate dicunt. Hoc enim īfortunii fortunam prorsus nec ipsius imunem vel sine multo labore adipisci vel sine multa animi vexatiōe tenere quisq̄ꝫ potest vt plerūqꝫ eorum fortuna etiam infortunii fiat occasio. Sic fortunate licet iterduꝫ ledant non tamen infortunia dicantur. Hoc enim earum infortunium vel adeo graue est vel melioris specie ad tantum vt ipsuꝫ quoqꝫ plerūqꝫ optatus finis excipiat Draconis caput quoniā ab eo ☽ ascendit ꝛ ipsum fortunatis accedit cauda infortuniis a qua descendit: vtrūqꝫ tamē vtrisqꝫ variis de causis permiscet quas vt de ceteris draconibꝰ insequentibus exequemur.





Nunc itaq; stellarum naturas eorumq; commutationes tractare conuenit. Sciendum enim q stellarum corpora nequaq in seipsis quidem calida frigida vel humida sunt: sed earum nature prout ipsorum ducatu apparet ascribitur.

Constat itaq; naturam singularum stellarum in geminis elementis: quorum alterum stabile et imotum nisi quantum virtus eius inter augmenta et decrementa pro diuersis accidentibus variatur. Alterum vero diuersis actionibus mobile vt saturnus quidem quantum ex ducatu eius compertum est intemperate fridus intemperatum vero frigus siccum est.

Sic itaq; dicimus saturni naturam frigidam siccam. In hac ergo natura frigus quidem vt actiuum imobile nisi quantum interdum augetur vel minuitur. Siccitas vero interdum commutatur vt.n. elementum passiuum est leuiter adeo variatur vt plerumq; in aliam qualitatem transferatur.

Quotiens enim saturnus a medio absidis sue circulo ascendit in frigore sicco viget sicq; in signis quadrantibus circuli frigidis siccis que cum omnia conueniunt in vtraq; natura sua firmus est. Nam in calidis siccis frigus quidem minuitur siccitas iuuatur. Descendente autem vt diximus atq; in signis humidis siccitas minuitur: hic si pariter et in quadrante humido atq; in termino humide stelle simulq; a sole in orizonte humido fuerit hic si inquam simul omnia conueniant adeo siccitatem deficere necesse est vt humore succedente natura saturni frigida humida reperiatur. Uiget igitur in frigore humido quamdiu a medio abisidis sue descendit. Qui si pariter que dicta sunt conueniunt in humore superat qui est ad oppositum absidis frigus eius debilitatur et humor minuitur: hic si pariter in quadrante calido sicco terminoq; stelle calide sicce fuerit in ipsa hora consumpto humore siccitas recuperatur vt natura eius frigida et sicca relinquatur.



Similiter mars cum pro effectu suo intempate calidus inueniatur: nec vero calor intemperatus nisi siccus natura eius calida et sicca iudicatur. In qua natura calorum quidem vt elementum agens in motus nisi quantum inter augmetum et detrimentum non variatur. Siccitas vero vt in saturno est interdum commutatur: vt enim calida loca saturni frigus imminuerit. Sic martis calorem frigida. Siccitatem vtriusq; sicca iuuant humida minuunt et com



mutant. ¶ Iouis autem natura ex calido temperato locis cognatis iuuatur contrariis inter vtrunque comparationis terminum variatur tamen calore immutato. ¶ Sol quoque naturaliter calidus siccus qui dum in circulo suo ascendit calor sicco preualet quandiu descendit calor humido quo vbi loca humida accedunt humori addunt. Sicque in parte contraria: nam de calidis et frigidis alter a calido alter a sicco fauent. ¶ Veneris etiam naturam calidam humidam que de iouis natura dicta sunt consequentur.

¶ Mercurii vero natura quandiu in circulo suo ascendit mixtum sicca parum frigida: descendente humida cum modico frigore: sicque omnium quatuor qualitatum capax facile ad quaslibet permixtiones variatur. ¶ Luna autem vt in circuitu suo est. 4. solaris circuitus tempora quadam mutatione renouat quorum in primo lunationis quadrante vernalis nature est: si interim excentri circulo suo ascendit calor humori preualet si descendit conuerso. In secundo quadrante cum ascendit estiue nature calorem siccitas effrenat. Cum descendit temperatum reddit. In tertio ascendente siccitas frigori descendente frigus siccitati preualet. In quarto demum ascendens frigus descendens humorem prefert. ¶ His accedit quantum vt de ceteris dictum est locorum qualitates adiiciunt. Preterea superiorum trium stellarum natura ex quo orientales fiunt vsque ad primam stationem sicca aqua vsque quo adustionem intrent frigida. Inferiorum duarum ex quo retrogradando orientales fiunt vsque ad directionem natura humida. Indeque vsque ad coniunctionem solis calida. Aqua ex quo semel occidentales fiunt vsque ad retrogradationem sicca. Unde ad coniunctionem solis frigida. Capitis autem natura calida. Caude natura frigida.



¶ De mutatione stellarum et natura effectuque in temporum motus. Cap. 8



Consequens est vt inter stellas quarum natura exposita est sexus quoque discretio fiat. Cum enim quicquid in hoc mundo gignitur primo sexuum coitu conceptum deinde in natura conformatum maturo tandem partu in lucem prodeat. Cumque mundi huius generationum stellarum corpora primordiales cause existant: et inter ipsas stellas sexus discretionem fieri conueniebat. Cum autem in sexus proprietate masculus quidem natura calida sicca foret virtus actiua: feminee vero natura frigida humida virtus passiua quorum coitus: idest alterius actio cum alterius compassione genitura temperiem misceret stellas nature calidas virtutis actiue masculas: humidas vero atque virtutis passiue femineas fore iudicium tribuit. Sic igitur sol mars iupiter masculi sunt. Saturnus

cum sit frigidus siccus. Frigus autem elementum actiuum atq3 siccitas de genere caloris τ tempore in masculi partez concessit quicquid caloris expers est ad masculos ducit natura imbecilles modice virilitatis quales sunt mares infrigidati desides ignaui steriles ac veneris impotentes. Mercurium etiam abundans in eo siccitas de genere caloris masculis annumerant ꝙ quoniam tanta siccitas aliena caloris acutum reddit ad masculos ducit ingenij perspicacis alie prudentie neglectos veneris modice strenuitatis. Hec itaq3 siccitas quoniam elementum passiuum est leuiter ipse inter vtraq3 sexum alternatur. Unde venus τ luna femine relinquūtur. Caput quoq3 ad masculos cauda ad feminas spectat. Hec itaq3 discretio licet naturaliter quidem huiusmodi sit contingit tamen diuersis occasiōibus vt de natura dictū est inter stellas τ sexuum alternatio. Orientales etenim masculi fingerunt occidentales femine leuitatis sunt sicq3 circuli quadrātes ab ortu vsq3 ad summum atq3 ab occasu ad imum masculi reliqui finis vicem sustinent. his accedit quantum τ signorum atq3 domiciliorum circuli inter vtrunq3 sexum adijcit.

¶ De diurnis τ nocturnis. Cap. 9.



Restat sic vt inter diurnas ac nocturnas stellas discernamus ꝙ enim aliarum natura die aliarum noctis nature aptior inuenitur id ipsum huiusmodi discretionem exigebat. Sic ergo saturnus quoniam vt dictum est natura eius die temperatur diurnus est. ¶ Jupiter quoq3 prout natura eius diurna est. ¶ Mars autem cuius natura nocte mitigatur nocturnus. ¶ Sol quoq3 vt lumen diurnum diurnus. ¶ Venus autem prout natura eius nocturna est τ ipsa est. Unde est ꝙ quando est occidentalis quoniā ea pars nocturnee atq3 feminee nature impensior est fortuna reperitur. Nam orientalis atq3 die super terrā τ in signis masculis minor. ¶ Mercurius autem quoniam die calidus siccitas cognata caloris improprie ducatu suo. Orientalis diurnus est occidentalis nocturnus: hic fortior ꝙ̄ illic permixtis tamen stellis inter vtrūq3 genus concedens. ¶ Luna demum vt lumen nocturnum nocturna. ¶ Caput quoq3 diurnum cauda nocturna sicq3 draconum stellarum capita τ cauda. Itaq3 stelle dirune orientales quidem fortiores sunt nocturnis contra nocturne qui quāꝙ̄ diurnus fortior ꝗ̄ occidentalis: directus eni occidentalis fit retrogradus orientalis.

¶ Quinti libri capitula. 18.

mei aliorumqꝫ. ❡ Decimum de terminis indorum. ❡ Undecimum de terminis caldeorum. ❡ Duodecimum decanis eorumqꝫ dominis iuxta persas babilones ꝛ egyptios. ❡ Tertiumdecimum decanis eorumqꝫ dominis iuxta indos. ❡ Quartumdecimum de nouenis signorum iuxta indos. ❡ Quintumdecimum de duodenarijs signorum singulorumqꝫ dominis. ❡ Sextumdecimum de gradibus masculis ꝛ feminis. ❡ Septimumdecimum de gradibus lucidis ꝛ obscuris rectis ꝛ obliquis. ❡ Decimumoctauum de puteis stellarum in signis necnon fortune addentibus.

❡ De stellarum dignitatibus. Cap. 1.



Eptem stelle inter celum ꝛ terram medie cum per medium celi orbem continuo discursu munduꝫ perpetuo ambientes omnis seculi preuijs motibus vniuersos ducatus gerant ex illo orbe tanqꝫ errario celestis potentie superna decreta varia infra circuitū collecta subiecto sibi mūdo inferiorum eousqꝫ porrectis luminis sui radijs ministrare videntur. Quoniam igitur in trāsactis hucusqꝫ tribus post primū libris singulorꝫ tam signorꝫ .12. qꝫ stellarū .7. suam seorsuꝫ cuiusqꝫ naturam ꝛ virtutem propemodum executi sumus. Consequens videtur vt deinceps earum stellarum cum his signis nature ꝛ proprietatis communionem quandam in rerum effectu societatem insequamur. ❡ Stellarum inter signa pn̄cipales dignitates .5. sunt circulo sex domicilium: principatus: terminus: trigonus: decanus: gaudium: duo vero singulis contraria casus ꝛ exitum: tertium omnium oppositum exilium. Post hoc diuersi gradus inter vtrūqꝫ boni maliue affectum que non sine causa rationali oppinione aliqua. Unde indubitata nec ꝛ virtutis cognitione vetusta indago ita distribuit: longo nāqꝫ tempore continuos stellaruꝫ per signa reditus summo studio prosecuta cum inter signa stellarum hec natura vigere virtutem augeri idqꝫ illic contra cum insignis integris cum determinatio graduū non vident collectione inter signa ꝛ stellas habita dignitate alias pro simili vtroqꝫ distantia: alias pro vtrorumqꝫ natura ꝛ virtute cognata: alias ob aliam atqꝫ aliam consensus aptitudinem distribuit. Idqꝫ ita nimirum qꝛ cum omnes stelle in omni signo in rerum effectu inter generationes varias cōmixtiones vident inter ipsas cōmixtiones per diuersa loca vario vtrorūqꝫ affectu multā ineqlitatem atqꝫ dissimilitudinem inueniebant.

❡ De stellarum domicilijs. Cap. 2.



Ignitatum itaqꝫ distributiones a domicilijs exordientes minus aptam quorūdam sententiam in primis confutamus. Nemini quidē ambiguum saturni domicilia capriconum esse ꝛ aquariuꝫ: iouis sagittariuꝫ ꝛ pisces: martis arietē ꝛ scorpionē: veneris thaurꝫ ꝛ libram: mercurij geminos ꝛ virginem: solis, leonem: lune cancrum: sane vero non parua dissonantia. ❡ Sunt. n. qui turpiloqo quo-

dam stellarum circulorum qualitate atq; nature proprietatibus abutentes asserãt singulas stellas singulis diebus nihil medio suo cuiusq; cursu plus minusue vnq̃ isse quousq; soli ⁊ lune alligate in huiusmodi cursu plus minusue vnq̃ isse. Cum sol.15.leonis gradum:luna.15.cancri obtinebat. Tuz singule sua domicilia iuxta ligaminis sui longitudinem occuparunt. Erat enim vt aiunt mercurij ligamen graduũ.12.pũctoruz.30.q̃ a loco solis per ordinem in.7.virginis gradibus incidebat. A loco lune contra ordinem in 24.geminorum. Ueneris autem graduũ.47.punctorum.11.quidem a sole in libram a luna in taurum incidit. martis vero graduũ.78.vnde ad arietem ⁊ scorpionem peruenit. Jouis graduum.120.vsq; ad sagittarium ⁊ pisces porrectum. Saturni.136.vsq; ad capricornuz ⁊ aquarium hac itaq; de causa domiciliorum huiusmodi partitionem asserit. Quibus ita facile obuiamus. Si enim hi ligaminum gradus stellaruz rectitudinis gradus sunt contra est quidem superiorum stellarum rectitudinis gradus pauci sunt:ligaminum vero q̃ plures. Item si ligaminum gradus hi sunt quibus a sole transactus ipsas retrogradi ⁊ dirigi necesse est illud q̃ esse posset. Est autem contra quidem ea curuus q̃ multo tamen tot gradus retro graditur. Mars vero multo plus sicuti autem hi gradus sunt quantuz stelle a sole recedunt erit superiorum omnium.180. Si vero earum rectitudinis non plus q̃ hec est eas a sole recedere necesse est. Nec igitur hec domiciliorum partitionẽ causam esse. Sunt autem ⁊ alij alias atq; alias eque ineptas causas representẽt quos longius prosequi ociosum esset.

¶ De stellarum domicilijs iuxta ptholomeum. Cap. 3.



His repudiatis qd̃ huic partitiõi carmen ptholomeus tribuat exponendum est. Septem vt ait stellarum per signa.12.discurrentium ducatus omnes huiusmodi generationes ⁊ corruptiones cõsequitur Inter quas ceteris vniuersalior lumen per vniuersum orbem virtus ⁊ effectus cõstat ex quibus luna terre vicina cursu citissima plurima alterationis maxime vero stellarum ducatus apparet cum nobis proxime fuerit signoruz quoq; proxima cancer ⁊ gemini. Sed gemini signum masculum in quo sol veris finez terminat:que duo id signum a natura lune separauerunt. Cancer autem signum femineũ estatis initium humidum sicq; luna stella feminea humida ad initia rerum ducens. Quatuor itaq; de causis quoniam vt inter stellas luna citima sic cãcer inter signa amboq; humida ambo feminea pariter ad inicia rerum ducentia luna cancrum obtinuit. ¶ Sol autem quomodo ortu suo munduz calefacit anni vero tempus calidius estas est cum per cancrum ⁊ virginem sequens plurimum in leone vigeat:signo masculo calido sicco. Sol quoq; stella mascula calida sicca cũq; leo medium estatis vt sol stellarum mediuſ: his decanis ⁊ sol leonem occupauit. Amplius quoniam sol quidem lumẽ diurnum : luna vero nocturne mensura coniunctione ⁊ oppositione rerum generationes mouent vitant sustentant:coniunctionis autem ⁊ oppositio-

nis eorum in his duobus signis effectus manifestior cancer lune leo soli cō cessit. Cum igitur hec duo signa estatem luminibus pro ducatu eorum ad generationes rerum ꝛ vite sustentationē concessit merito opposita eis hyemalia saturno contrarij affectus attributa sunt. sic itaqꝫ post lumina ad vltimam stellaꝫ ex vltimis signis numero sumpto vel penultimo proximo ioui penultima. Sagittari⁹ ꝛ pisces ordinata sunt apta que in amica luminarium domiciliorū figura post hec marti nec id inepte in aduersa videlicet figura ad luminum domicilia: deinde veneris in exagono reliquo reliqua ꝛ quoniam ceteris bona contigerant luminibus vero singula vt partes mundi totum circulum per medium partiuntur: habet enim sol a principio leonis vsqꝫ ad finem capricorni: luna a principio aquarij vsqꝫ ad cancri⁹ finem in singulis medietatis sue signis dn̄is suis cōmunicans.

¶ Juxta hermetem post abidemon. Caplm. 4.



D Einde hermetis sententie locus qui in libro suo ipsuꝫ abidemō indum antiquissimū fore astrologie scriptorem inducens cum inquit signorum. 12. inter stellas. 7. partitionem idoneam exigat rem adhibito studio. 5. stellaꝝ binas cuiusqꝫ figuras diuersas inuenim⁹ vt qdē nūc oriētales nunc occidentales fiunt nunc retrograde nunc directe: luminuꝫ vero singulas. Nec enim vnq̄ sol orientalis fit nec occidentalis. vnde quinqꝫ stellarum bina cuiusqꝫ domicilia fore binis ad apta intelleximus luminum vero vt figure simplicis erāt singula. Jdqꝫ ideo q̄ in seipsis quedam ceteris stellis fortiora essent vt omne q̄ simplici forma effectu est eadeꝫ natura subsistens diuerse nec compage firmum est preter q̄ apud veteres luna solis stella nūcupata est ex eo scilicet q̄ cum ceterarum nulla alieno lumine egeat hic quantum lucet a sole mutuatur omni fere virtute eius ex eodē fonte deriuata. Nec enim ex inde quicq̄ effingitur si non forma nec forma comparet sine materia: estqꝫ materia forme necessitas. Forma vero materie ornatus. Sic ergo cum luna quidem tamq̄ materia solis sit. Sol vero tāq̄ forma lune causa erat vt iure luna solis stella vocaretur cum virtute sua viꝫ solis consequens: hac itaqꝫ de causa tam domicilium lune contiguum eē q̄ principatus eius statim post solarem ꝛ dies eius dicit illius cōtinuo sequi debuit: his ita premissis partitionem domiciliorum inter stellas ad nature aptitudinem distribuimus. Quicquid enim est cognata natura iuuatur: cō traria leditur vt ignem aqua non creat sed destruit. aliter autem rebus nature sue congruis. Uniuersis itaqꝫ totius mundi calor quoniam solis est. Hic autem calor in. 15. leonis gradu per vniuersum orbem virtute plena atqꝫ integra vi sentiatur a leone ꝛ sole incipientes prout in natura sua singulariter ꝛ integra conueniebant: leonem soli dedimus. huic vero q̄ lune domiciliuꝫ contiguum erat sumpto inicio a. 15. leonis gradu atqꝫ in vtrāqꝫ partem singulis partibus. i. trigenis gradibus ad singulorum scilicet signorum quantitatem deductis hinc ad. 15. cancri illinc ad. 15. virginis gradum peruentum est. Alterutrum itaqꝫ lune obtinuit: his itaqꝫ distributis stellam cuius circu

lus lunari proximus erat amplectens. A lune domicilijs gemine hic inde partes vt ante deducto quoniam virginem et geminos designabant. ea mercurij domicilia dedicauimus. Postquam cum veneris circulus proximus esset a domicilijs mercurij gemine partes. Item vt ante producta libram et taurum veneri assignauerunt. Inde per circulorum ordinem producte partes arietem et scorpionem marti reliqua reliquis vt sese sequitur. Cuius partitionis firmamentum quod domicilia saturni qui maximum mundi infortunium ad rerum corruptionem ducit opposita sunt domicilijs luminum que summa mundi fortuna ad rerum generationes ducunt. Martis autem vt aliquantulum leuioris tetragona que figura oppositionis infortunio aliquantulum leuior esset. Iouis autem vt fortunati trigona que summe amicitie figura erat. Veneris exagona minoris amicitie: vt et illa a fortuna iouis descendat. Quoniam vero mercurij corda fere.19.graduum est ipse minor fortuna venere eius domicilia luminis domicilijs contigua sunt ad quantitatem partis fere.12.
¶ Nonnulli vero contrarietate quadam stellarum domicilia distribuunt: vt quoniam lumina lucida sunt. Saturnus obscurus eorum domicilia opposita esse conueniat sic iouialia mercurialibus: quorum alter ad corporis opes: alter ad animi diuitias ducunt: que quidem opposita esse non ignoramus sic martia veneris: quorum ille ad bella iram et horrorem: hec ad voluptates iocos et mansuetudinem spectat: sic quoque quamquam diuersi diuersas reddunt causam ad idem tamen omnes demum concurrunt. Illud accumulantes domiliorum opposita stellarum exitia atque quod solis quidem in omnibus signis masculis: lune vero in omnibus femineis virtus viget per que forma simplici domicilia singula: ceteris vero bina pro figuris binis. Alterum in hoc quod orientales et directe sunt: alterum in eo quod occidentales et retrograde accomodum. Saturnus capricorno retrogradandi: atque occidentales partis figere adeptus intemperatum frigus eius nature eius signi augente. In aquario directi motus atque orientalis temporis figure accommodi naturam eius signi natura temperante: sic iupiter meliori figure in sagittario deterior in piscibus: ita mars in scorpione aptior quam ariete. Venus autem directi motus et occidentalis partis figure in tauro adapta: sicque mercurius in virgine alterius in ceteris. Unde stellarum domiciliorum due procedunt partes a luminibus eorumque domicilijs sumpte que illa cum his vt stelle sunt cum luminibus archano quodam nexu ligant: Id autem est vt a gradu solis vsque ad.15.leonis graduum equalium in numero collecto: quantum luna de signo suo transiuit adijciatur totumque a signo lune per gradus equales deducatur. Eadem hora a lune gradu vsque ad.15.cancri gradum numero collecto quantum sol de signo suo transiuit adijciatur totumque a signo solis per gradus equales deducatur: harum vtique partium vtralibet in alterutrum cuiuscunque stelle domicilium incidunt: altera in alterum incidere necesse est quod in alterutrum eorum que lumina occuparunt altera in alterum incidet.

¶ De stellarum principatu iuxta ceteros astrologos. Cap.5.



Einceps eam stellaꝝ dignitatē quā nos principatū vocamus siue regnū alij siue ptātē seu quo alio noīe appellēt psequi ordo postulat. Nulli qppe quēadmodū de domicilijs diximus ambiguū.s. q̄ pncipatus solis sit in.19.arietis gradu:lune in tertio tauri:iouis in.15.cancri mercurij in.15.vginis:saturni in.21.libre martis in.28.capricorni:veneris in.27.pisciū:capitis in 3.geminoꝝ:caude in.3.sagittarij. Casus aūt cuiusq; in opposito gradu oppositi signi. Cause vō apud diuersos dissone q̄ vel hec signa vl' hos de signis gradus ceteris ptulerit. Naz Ptholomeus de signis conatus ⁊ gradus pterit:nec de signis idoneā reddit cāz. Hermes aūt vterq; post abidemō ad purū examinat. Nos igit vtriusq; doctrinā in mediū adducemus falsa quorundā opinionū inter initia ꝯfutata. Sunt enim pluriq; hoīum adeo impudētis amētie:vt anteq̄ rerū disciplinam habeāt earū doctrinā tradere incipiāt qui dum vanilogs audiētiaz tenet:necessario errore coacti in quaslibet opiniōes iustitiam ꝯsolantes:⁊ ipsi deducūtur:⁊ stultum auditorē secum inducūt. Ex hoc hoīum genere qdaz astrologiam profitētes in subtilissimis reꝝ causis frustra fatigati omisso tato labore ad primordialē cām simplex imperitie solatiū,tandem ꝯfugerūt. Aiunt itaq; stellis principatuū eos eē gradus in quibus in prima celi ac syderum creatiōe stellas.7.ꝯditor oīum deus primū locauerit. Cum enim ea corpora aliqua primū occupare loca necesse foret. Elegit auctor que natura cognatione proxima erāt. Unde motu suo progressas multis postea seculis nō plus vel minus q̄ mediū earum luminum inest quousq; luminibus alligate pro ligaminum quātitate domicilia sortirētur. Quaz opinionē quia partius alibi depssimus hic expeditius trāsire poterimus ¶ Ait ergo si factor oīum deus:cui seculoꝝ oīum infinitas momētuz est. Primo septez stellas in pncipatibus suis locatas:oēs eodem mō atq; motu sese hēre voluit:deinde trāsactis aliquot seculis tanq̄ penitens iam volūtatis pme eas relicto munere pmo pariter alterari maluit q ꝯsequitur:an eius q̄ deinde facturus eēt impotēs erat:aut qd nature aptius primū nesciebat. Cur aūt si luminib⁹ cetere vt asseris alligate in retrogradu iter agent nō silr vt lumina ipsis alligata retrogradātur. Si enim ideo luminibus alligate sunt:q; motu variātur:qd ergo est quare lumina nō eodem semp motu ferunt. Quid ergo primū in pncipatibus suis locatas asserit:ꝯtra omnes idos persas caldeos ⁊ grecos astrologos est:q oēs aliū oīum stellaꝝ motus a capite ♈ inchoātes cum omni cuiusq; diuersitate a primordio hucusq; circūducent.

¶ De stellarum principatu iuxta Ptholomeum. Cap.6.

d Einde Ptholomeum sententia leuiter transacta ad sequentia transibimus:quoniam inuenimus inqt ☉ ab ♈ descendere atq; diem augere:cōtra vero in ♎ principatum eius in altero casum intelleximus. h vero natura cum ☉ natura ꝯtraria existat:contra ☉ in ♎ principatum eius in opposito casum esse pcepimus

☽ vero principatus in ♉ quoniam causa ☉ in ♈ existente recedit primuz in ♉ lucem incipit casus in opposito. ♃ autem in ♋ cuius sunt venti temperati quos in ♋ plurimum agit. ♂ in ♑ signo australi quodqꝫ in opposito ♃ esset. ♀ in ♓ a quo humor vernalis: ⁊ ☿ in ♍ a quo siccitatis initium. Atqꝫ ipse in natura sua temperate siccus erat: in oppositis vero singulorum casus.

¶ Juxta hermetem post abidemon. Cap. 7.



Nunc hermetem vt consueuimus inducemus nullū verbum sermonis eius mutantes. Res inquit omnes quibus aliquod initium est in primordio quidē accedūt ꝙ ⁊ crescunt medio statu vigent in fine decrescunt ⁊ recedunt: in omni tam animātium specie constans est. Sic omnis stella in principio signi accedit ⁊ cōfortat in medio viget in fine diminuta recedit: sic cum primum orietalis fuerit: primūqꝫ directe sic medio atqꝫ fine. Sūt ergo generalr stellarū vires in medijs signis. Est aūt alibi descriptum ꝙ ♈ ♋ ♎ ♑ prout circuli quadrantem anniqꝫ temporum principia sunt precipue primatum inter signa sortiuntur: vnde superiarum stellaꝝ principatus ab eis incepimus: quoniam ♈ ⁊ ♋ in parte accessus ⁊ augmēti atqꝫ altitudinis ☉ extiterunt. ♎ vero ⁊ ♑ in parte recessus ⁊ decrementi atqꝫ recessus ☉ in ♈ ⁊ ♋ fortunatarum principatus intelleximus: in ♎ ⁊ ♑ infortuniorum: nec enim duarum in vno signo principatus: vt nec vnuz signum duarum domicilium. ¶ Quoniā vero ☉ ab ♈ incipiens atqꝫ ascēdens incremētum diei prefert in ipso principatum ☉ dedicauimus vim validissimam in medio notātes id est gradu. 15. Sed qm̄ omnis ☽ virtus solari cōtinua est: ☽ principatum in ♉ ꝙ ♈ sequebat ordinauimus. Cuz aūt luci tenebras cōtrarias ☉qꝫ lucem ♄ tenebras viderem⁹: a solaris principatu opposito vt priore duorū ♄ inchoauimus vi maxima in medio notata. Relinquitur ♑ ♂ secūdo infortunio: ♋ ♃ qui prius lumina proxima fortuna erat plena virtute in medijs. ¶ Deinde sunt inferioꝝ pncipatus: quoniam enim ♀. 47. gradibus a ☉ recedit. Eratqꝫ ♓ signum humori impensus vt ♀ humidior ipm genus preelegit potius in trigono ꝙ̄ ♄ vi maxima in. 15. eius gradu: vt ☿ in ♍. 15. vtus solidissima tanꝙ̄ de ♉ trigono. Cum eni a ☉. 27. gradibus recedat. ♉ aūt ☽ preoccuparit. ☿ ♍ autumnalis nature sibi cognate obtinuit. Queadmodum enim ipse nimiū a ☉ recedit: sic ♍ ♈ magisꝙ̄ ♉ cognatur: causa ex hoc ꝙ dies coꝝ ꝙ̄ ortus per circulum rectum equales deinde ꝙ vbi ♄ contra ☉ pro ducatu contrarie positus est. Sic ☿ contra ♀ locari debuit: quorum hoc ad seria intendit illa ad ludibria. ¶ Ad hunc modum inuentis principatuum signis: deinceps gradus ipsos determinare conuenit. Conuertimur igit quo cōsueuimus vnde omnium celi partitionum series aptissime orditur. Jd autem a ☉ est a medio die a medio celi a linea equabili ab ♈ principio. ☉ enim mūdi lux ⁊ calor dies est in cuius medio ☉ vis itegra huius ab ♈ capite ☉ ascēdens icremētum prefert. Signoꝝ aūt ortus cum toti mundo varietur in medio celi per

totum mundum idem est qui equabilis lumine. Sic ergo cum ꝛ' stellarum
principatuum gradus vniuerso mundo idem sunt apte in his ordinandis
a recto circulo atq; celi medio inchoamus. Scimus enim ꝙ in recto circulo
ex quo primum ♈ punctum meridianā lineam attigerit: primum ♋ pun
ctum ab orizonte emergit. Unde memor antiquitas nascentis mundi oriēs
♋ extitisse tradit: de quo nullus aptior geniture primordio: ꝙ is ipse gra
dus in quo plena ꝛ integra ♃ virtute viget. Quoniam ergo quādocunq;
in circulo recto is gradus id est. 15. ♋ primo ab orizonte emergit. 18. ♈ p
mediam transit in. 19. ♈ gradu3 ☉ principatum firmauimus cuius in me
dio celi medio die vis integra. Scimus autē in celo nihil sine iudicio ꝛ cō
silio decretum. Hoc itaq; iudicium ꝛ consiliu3 cum ♃ in medio mūdi oriē
te locarit in ♈ per diametrum opponit quorum nature in inuicem vsq; ho
die repugnant. Est enim stellaris principatus officium melioris ducatus ei⁹
signum certissimum. Cum ergo distantie inter eos necessarie gradus certos
determinare vellemus distantie stellarum a ☉ gradus sumpsimus que di
stantia a stellis diuersarum affectionum causa est. Hanc autem. 12. graduu3
inuenimus infra quos omnis stella debilior eosq; gradus distantiam vo
camus. Hos itaq; gradus cum ♂ loco adiceremus perductus est numerus
ad. 27. ♑. ♂ igitur in eo gradu principatum designauimus. Nam adiun
gere maluimus ꝙ detrahere. Detractus enim is numerus in. 4. eius signi
gradu locaret in loco videlicet remoto ꝛ debili: esset q; ita ad oppositionem
♃ applicans applicationem corrumpens. Quapropter ꝛ a ♃ separatu3 ꝛ
in cardine sibi apto locari potius erat. Cum autem ♀ principatus domici
lium mercurialium oppositum esset ꝛ inter ipsos ne aduersa figura conta
minarentur distantie gradus adiecimus perductus est numerus ad. 28. ♓
Quoniam vero cum infortunium in paucioribus ꝙ fortunata est gradib⁹
accedens ledit ♀ circa ♂: ♃ propinquiorem locantes vt ipsum potius be
arent ꝙ ab ipso lederent principatum eius in. 27. ♓ gradu constituimus in
loco fortune eius apto. Si enim distantie gradus detracti essent in locu3 ♂
nature sue contrarium incideret. ☿ autem incidit signum ꝛ domiciliū prin
cipatus eius existeret iure. 15. eius gradu3 ꝙ fortissimus erat obtinuit apte
quidem amica figura ♃ ligatus proutq; fortunatus erat. Siquidem enim
aditum esset ad oppositionem ♀ appropinquaret. Si detractum in perfe
cto medij virtute nec ♃ necteretur. At vero cum ♄ principatus signum io
uiali tetragonum existere. Tetragonus autem dimidia oppositio dimidiū
distantie id est. 6. gradus adiecimus: vnde principatu3 eius in. 21. gradu ♒
terminauimus apto loco in cardine terre: q numerus si detractus esset ipm
a cardine deiecisset: essetq; ♃ damnans non ♃ ipsum beans ☽ vero prin
cipatus cum in ♋ incidisset graduq; ipsum determinare vellemus in pri
mis nouilunij visione diuersa: quoniam id interdum infra 12. gradus ap
ret nonnunꝙ in. 13. sub equabili linea per ortum recti circuli ea visio depre
henditur attamen principatum eius: a solari elongantes in ♉. 3. gradu fu
dauimus que visio eiusdem quantitatis reperitur cum dimidia latitudine

sua australi. Si enim cum latitudine australi nouilunii visione mutaremur principatus eius in fine ♈ consisteret. Prohibitum autem erat ne due stelle in vno signo principarentur: eratque primum ♉ lune ducatus. Est autem a capite draconis ascensus lune vt in geminis altitudo ☉. Quapropter in geminos prout nature cognatio exigebat: capitis principatus incidit: cuius ipsum gradum captantes id perspeximus: quod omnis stella in media latitudine sua: quantum ad illud iter attinet in optimo statu est. Unde quoniam ☽ in media latitudine sua a capite per vnius signi quantitatem distat capitis principatum in tertio ♊ gradu stabiliuimus: caude in opposito vbi pro omnia capiti opposita est. Hec est itaque stellarum principatum ordinatio cuius firmamentum quod superiorum stellarum principatus cardines obtinent inferiores quoque loca sibi apta quodque fortunate aut infortunia sunt prout rerum generatio est: primum a fortunatis mota: deinde corruptio infortunii effectus consequitur. Sunt alii qui vt nos distantia stellarum a ☉ vtimur nouilunii visionem adhibent. Similiter. 12. gradus numerantes quod illic ☽ rerum generationes innouet. ♀ autem ideo minus vno quam ♂ gradu locant: quia et antequam ♂ apparet et corpus eius corpore ♂ vno quam ♂.

¶ De stellarum terminorum modis et diuersitate. Cap. 8.



His habitis terminorum diuersitas distinguenda est quam quinque partitam inuenimus. Alii namque sunt egyptiorum termini. alii caldeorum. alii ptholomei. alii aristotue. alii indorum: quorum si certa ratio haberetur nec ipsi quid incerti essent: preter quod longeui experimenta studii distribuerunt. Inter ea vero que experimentum quod sepissime rectum inuenitur id iure obtinet. Qua de causa inter omnes diuersarum fere nationum astrologos frequentioris vsus egyptiorum termini reperiuntur: qui hi soli maiores stellarum annos integre numerent: signorumque fine infortunia excipiant principio maxime fortunatas: primum itaque differentia prenotata singulos deinde ordinabimus. Aristotua quidem signorum terminos inter septem stellas partitur rationem adhibens nullam inter signa stellis dignitatem esse debere cum lumina prorsus imunia fore conueniat. Ceteri vero omnes eos terminos inter quinque tantum stellas distribuunt: eo quod stellis omnibus per domicilia sua communicent lumina excipientes. Alii siquidem asserunt vtrunque lumen in sua circuli medietate in singulis signis dominis suis communicare. Alii ☉ in omnibus signis masculis. ☽ in omnibus signis femineis cum dominis suis partem habere: vtrunque ratum. Quapropter his contenta luminibus terminis supersederunt: que ratio egyptiis sufficiens visa est. Nam alii quidam alias et alias accumulantes aiunt: vel ideo luminis propriis carere terminis. Quod cum inter quinque stellas omnis nature diuersitas expensa fuerit. De ipsis enim est calida sicca: frigida sicca: vt ♂ et ♄. de eisdem calida et humida vt ♃. frigida ♀. promiscuus ☿. Quoniam itaque ☉ marcie nature. ☽ venerie terminis eorum vt suis contenta remanserunt equa virtute per eos terminos ipsorum eorum dominis. Quanquam

ergo diuerse sint rationes in re tamen omnium preter aristotuam cōsensus lumina terminis prohibuit. Tam et si alia quedam in ea re generaliter cō-uenientium specialis sit discordia quod nulli eorum aliis nec in stellarum ordine nec terminorum quantitate concordant preter quod plures eorum signorum fines infortuniis tribuunt a fortunatis maxime inchoantes quod harum quidem initium illarum vero finem rerum intelligant. Inter que signorum nihilominus principia et fines discurrunt: quos quoniam vt dictum est egyptii per terminos suos maioris stellarum aliquarum numeri obseruatione precedūt iure inter ceteros obtinuerunt. Quāquam ptholomeus inter egyptiorum et caldeorum terminos conferens qui sibi rectissimi visi fuerint se inuenisse refert in vetustissimo volumine quodam magno temporis impendio partim distracto et interrupto: partim de asso V ex eo plurimum annosa caligine obcecato: cuius auctoris nomen cum diu lateque scitatus rescire nequiret: ne vage auctoritatis incomodum incurrent illos obmittens imitatiōe suos edidit: nec tamen vel hi vel alii neque vel ante vel post ptholomeū egyptiorum terminis aut frequētioris vsus: aut grauioris auctoritate inueniunt. Quos propter hoc primū ordinabimus: deinde ceteros nō quod necessarios habeamus: sed ne illorum nescii hos preferre videamur: si prius caldeorum terminos excusauerimus indorum principiis tantum designatis.

¶ De terminis egyptiorum. Caplm. 9.



Quemadmodum Ptolomeus et preter eum quamplures veteris auctoritatis viri antiquis seculi hystorias memoriter retractantes narrant ab vniuersali diluuio quod vniuersam terram operiēs omnium fere prioris seculi memoria deleta paucas admodū animas superstites reliquit ex omnibus mūdi nationibus in caldea primū syderei motus atque virtutis cōcepto studio sapiētia nata: deinde successu tēporis adolescēs paulatim in orbē deriuata est. Narrāt quippe trāsacto diluuio quā primum vndis ad priores alueos reuersis arida patuit Noue cum filiis superstite cum ex armenia temperatiores auras sequeret vsque qua postea babilonia surrexit peruenisse: deinde renascēte mūdo nepotes eius ad hoc medio vndique versum: penes tygrim vsque kastarum ab eufrate vsque kusan temporis successu diffusos. Inter quos primū vt aiunt vnus ex filiis suis Sem a vita memoria instructus: seu diuino proprii ingenii dono illustratus sydereos cursus sequens effectus mirari cepit. A quo sequentis etatis studium intantum vsque accreuit quoad ex omni celo tam signifero circulo partium quam stellarū infra discurrentium: primo sua cuiusque virtute formata: deinde cōmunione quadam permiscentes vt ceteras stellarum dignitates ita terminos a generationis initio sumpta per annorum reuolutiones stellarum effectus continuo metientes deprehenderunt: a quibus crescēte humano genere cetere postea mundi nationes eam sapiam mutuate adhibito studio pro ingenii facultate nōnihil emendarunt et plurimū adauxerūt. Inter quas egyptiis nec aure subtilitas nō parum accomodauit. Erant ergo caldeorum termini ea rōne

ordinati vt per singulos trigonos singulis modis deducerent. Quos cum Ptholomeus in tetrastin suo quem arabes a tarba vocant eis modis ordinauerit subiungit: non tamen ex autentico precessorum aliquo sumptos. Quamobrem et nos supersedendum eis duximus.

¶ De terminis indorum. Cap. 10.



Indi vero primi seculi partes siue ita primum habuerint: siue caldeorum inuentione postea recuperantur prout rectius eis visum est: stellarum terminos aliter ordinantes omnia masculina signa vno modo: omnia femia, vno alio partiuntur: a masculis a ♂: in femineis a ♀ inchoantes: mascula in ♀: feminea in ♂ finientes. Sunt itaque de ♈ ♂ gradus. 5. ♄. 4. ♃. 8. ☿. 5. ♀. 7. de ♉ duo ♀ gradus. 5. ☿. 5. ♃. 8. ♄. 5. ♂. 5. Ut igitur ♈ diuisus est sic omnia mascula: vt ♉ sic omnia feminea eodemque ordine diuiduntur.

¶ De terminis caldeorum. Cap. xi.



Deinde trigonorum dominos ordinauimus. Cum enim 12. signa quatuor naturas representent per tria interualla deductas terna eiusdem nature necesse erat. Uel sicut signifer tres limites terminabat circuli videlicet ♈ ♋ et ♑ sic inter eos et infra trigonum diuiduntur. Cuius et alie rationes in secundo libro exposite sunt. Ex hac itaque nature cognatione stellarum dignitati aliquid accrescere consequens erat. Dicimus ergo trigonis masculis diurnis stelle mascule femineis et nocturnis feminee et nocturne que maioris in ea cognatione testimonii atque aptioris: baizen haubaliet in primis locis: ergo ignei trigoni dominorum die primus ☉: secundus ♃: nocte conuerso particeps nocte dieque ♄. Terrei trigoni die primus ♀: secundus ☽: nocte conuerso vtrunque particeps ♂: ☿ quoque tantum in ♍. Aerei trigoni die primus ♄: deinde ☿: nocte econuerso particeps vtrunque ♃. Aquatici trigoni dominorum die primus ♀: secundus ♂. nocte ♂: ♀ precedit: ☽ vtrunque participe.

¶ De decanis eorumque dominis iuxta persas babilones et egyptios. Cap. 12.



Sequuntur decani quos arabes in lingua sua facies vocant: quos eorumque dominos primum prout perse caldei et egyptii vtuntur ordinabimus: deinde quid indica sententia diuersitatis afferat exponemus. Sunt enim omnia signa trinis affectionibus diuisa: singule partes denorum graduum. Ut ergo stelle ipsa signa equis quantitatibus discreta per circulorum ordinem partiuntur: ita et equas signorum partes eodem ordine prosequi debuerunt: igitur ab ♈ incipientibus primum decanum signi dominus. ♂ occupat sequentem sequentis circuli stella ☉ tertium tertii ♀: secundi signi primum ☿: quarti scilicet circuli proximum sequentis. Secundum ☽: tertium ♄: atque ad hunc modum per ordinem.

De decanis eorumque dñis iuxta indos. Cap. 13.



Iam indis aliter visum est qui licet eandez partitionem faciant non tamē eundem ordinez in distributione sequuntur: tripartito siquidem omni signo secundam.5.domino: tertiam.9.per ordinem signorū trigoni. Ut ♈ primam ♂: secundam ☉: tertiam ♃ atque in hunc modum. Idque ita recte facere putant vt trinorum per trigonos signorum domini trinis signorum partitionibus per ordinem imperent prior tamen distributio plurium vsuum celebrata obtinuit.

De nouenarijs signorum. Cap. 14.



His ad hunc modum ordinatis: deinde secundarie quedam stellarū per circulū opes exponende: vel quibus prime sunt nouene quas in recipientes noubhariat vocarunt. Qui post trimembrem signoruz diuisionem quaz in trigoni dominos distribuunt singula statiz signa nouies secantes singulas partes trinis gradib⁹ et triente: ex punctis.20.metiuntur. Quas sectiones ideo recte facere videntur: quoniam ab omni signo in nono eadem natura reperitur: distribuentes eas inter stellas signorū ordine. Ut de ♈ prima ♂: secunda ♀: tertia ☿ sicque per ordinem quo ad nonam noni dominus ♃ obtineat. ♉ vero primam ♄: secundam ♃: tertiam ♂: quartam ☉ atque deinceps in hunc modum: cuius dominij prompta huiusmodi inuentio est. Ex omni siquidem trigono tropici signi per singula eius trigoni primas nouenas sortitur: secundas sequentis dominus sic deinceps per ordinem. Ut ignei trigoni ♂: terrei ♄: aerei ♀: aquatici ☽. Nōnulli vero nouenas has per ordines circulorum distribuunt singula signa ab eorum dominis inchoantes. Ut de ♈ primā ♂: secundam ☉. de ♉ primam ♀: secundam ☿: tertiam ☽: quartam ♄: atque in hunc modum prior tamen obtinuit.

De duodenarijs signorum. Cap. 15.



Post hoc et duodenarie signorū tractande: dominique singulorum graduum inueniendi. Ut enim circulus ipse per.12.spacia diuisus erat: sic ipsa spacia singula totidez equis partibus subdiuidi conueniebat Intellecto singula signa omnium habere cognationez. Metiunt itaque singulas partes gradus bini et dimidius id est puncta: 150. singularum primas ipsorum nec sequentes sequenti non per ordinem: cui⁹ artificij huiusmodi prompta est inuentio. Collectio enim quantum interest a principio signorum vsque ad ipsum gradum: cuius duodenariuz querim⁹ duodecies sumetur. Tota ergo summa ab ipsius signi pncipio per singula signa trigenis gradibus deducta vbi steterit in eo signo illius gradus duodenaria reperitur. Hermes autem eiusque sequaces primi singuloruz graduuz naturas ita distribuebant vt primus cuiusque gradus ipsius signi naturam traheret: secundus secundi: tertius tertij sicque per ordinem. Ut duodeci-

mo in.12.terminato.13.itē ab ipso incipiat deinceps. Quo artificio Hermes in libris suis de diuersis tam nati ꝙ questionū negocijs: plurima tradit negocia singulis gradibus cognatorum signorum dominos prestituens. Nec vero putandum ꝙ que signorum eedem sint stellarū duodenarie. Nam stella quelibet in quocunqꝫ signo fuerit eius gradibus duodecies acceptis tota summa a signi principio deducta stellarum duodenariam designat.

¶ De gradibus masculinis ꝛ femininis. Cap. 16.



Que cum ita siat ꝛ iter ipsos gradus masculos ꝛ feminas esse consequens est preponemus itaqꝫ diuersorum sententias: deinde eos qui frequentioris vsus sunt ordinabimus: firmus tamen vt omnia conuenerint. Nam discretionis huiusmodi ea nimirum vtilitas est ꝙ cū vel in natali masculorum vel questiōe de masculis proposita. Si stelle mascule in signis ꝛ gradibus masculis conuenerint ducatū firmant sicqꝫ in parte altera. Ueterum igitur alij quidam de signis masculis primos.12. dimidium masculos ponunt: deinde totidē in reliquos feminas. De signis vō femineis ꝯtra ꝓmos.12.ꝛ dimidiū feminas totidez sequētes masculos. Alij vero per duodenarios sexū discernunt primos de signis masculis masculos iudicantes: primos de feminis feminas. alternatim deinde per ordinem vsqꝫ in finem. Nunc eos qui restant ordinabimus si prius ꝛ aliam graduum discretionem exposuerimus vt ꝛ illos post illos post hos continuati ordinemus.

¶ De gradibus lucidis ꝛ obscuris. Cap. 17.



Jam eadem causa iter eosdē circuli ğdus: alij quoqꝫ lucidi iudicant: alij obscuri: alij vero medij quadam conditione vmbrosi: alij vacui. quorum ea quidē vtilitas ꝙ lucidi quippe dignitati rerum accedunt obscuri contra medij inter vtrūqꝫ.

¶ De puteis stellarum. Cap. 18.



Postremo sunt varij per diuersa signa gradus inter adminicula stellarū ꝛ obstacula versantes quorum qui obstant arabica lingua putei stellarum vocātur quos nos precipitia dicere solemus. Qui vero fauēt addentes fortune ex re nomen traxerunt. Precipitia quidē eiusmodi officij sunt vt quamlibet stellam tulerint vim eiꝰ iminuant. Itaqꝫ fortunatis quidez semper periculosa sunt. infortunijs nūꝙ salubria dum scꝫ noxiam eorum vim iminuāt. Quorum veritas cū apud plerosqꝫ incerta sit nos omissis diuersoꝝ opinionibꝰ que perse ꝛ egyptij tradunt ordinabimus dum scꝫ fortune addentium rōne exposita vtrosqꝫ continuo disponamus. Graduū nāqꝫ fortune addentium eam vetustas rōnez experta est vt cum stelle pro locoruꝫ cōmoditate ad fortunā duxerūt. si vel ☽ vel pars fortune hos gradus possiderit aut eoꝝ vllus orientis gradus extiterit nati fortune addunt. E quibus sunt quidam vt si stelle duces etiam

ad nati casuz inclinarint. Hi gradus hoc modo adhibiti postmodū in sub-
liuionē recuperant. Sunt ergo de ♉ tres.15.28.30. de ♌ duo.3.5. de ♏.4.
7. de ♒.4.11. preter quos & alij per singula singa discreti in quibus nihilo
minus antiqua experientia conuenit: quotiens vel ipsi orientiū gradus
existant aut die ☉: nocte ☽ gerūt in loco circuli accomodo. Nato sublimis
dignitatum gradus vt regna vel regnis proximos principatus promittūt
hec sunt stellarum per oēz circulū dignitates icōmoda adminicula obstacula
preter q singulis ex permixtione quoqz non nihil inter vtrūqz genus acce-
dit que suis in locis vt particulatim incidit exequemur. Nec tamē ignorare
nos quisq existimet preter hec indos alijs atqz alijs circuli partitionib⁹ stel
larumqz dignitatibus vti suo quidez artificio aptis quas quoniam nostro
indicandi modo nec apte sunt necessarie si longius sequeremur dispēdij ini-
tium castigatum opus intimaret.

Incipit liber sextus.



Primum de nā stellarum. ¶ Secundum; queque forme in singulis decanis oriuntur vt eodem de ortu signorum per circulum rectū. ¶ Tertium de respectu graduū circuli. ¶ Quartum de signis amicis. ¶ Quintum de signis natura congruis atqz distātia virtute & via. ¶ Sextum de signis appositione & exagono conuenientibus tetragono. ¶ Septimum de signorum annis mensibus diebus & horis. ¶ De significatoruz ducatu sup diuersas terras. ¶ De signis ad motum & quietem ducentibus. ¶ De signis rationalibus. ¶ De signorum dominis in partitione temporis ¶ De signis ad forme dignitatem ad largitatem ducentibus ad coniunctionis complementum ad accipiendum & tenendum. ¶ De signis ad morbos eorumqz occasiones ducentibus. ¶ De signis ad honestatem mulierum ducentibus. ¶ De signis ad honestatē ducentibus. ¶ De signis multe prolis pauce & sterilib⁹. ¶ De signis morborum sectorum acutis & iracundis. De signis ad votum qualitates ducentibus. ¶ De signis ad dolum fraudem perfidiam ducentibus sollicitis etiam & obscuris. ¶ De signis inter volatilia quadrupedia reptilia & aquatica discernentibus. ¶ De signorum plagis. ¶ De cardinibus circulis de quadrātibus de domicilijs.12. omniumqz eorum ducatu & causa. ¶ De quadrantibus circuli corporalibus & spiritualibus. ¶ De commixtione nature cardinum. ¶ De quadrantibus & domiciliorum coloribus. ¶ De quadrantibus ascendentibus & descendentibus longis & breuibus. ¶ De partitione quaterne rerum. ¶ De quadrātibus diei & horis. ¶ De dn̄is dierum & horarum.


Rimordio tractatus partim singulares nunc stellarum nunc signorum naturas partim communes vtrorumque affectus secuti sumus. Deinceps vniuersalis in hoc quidem signo in sequenti stellarum ducatus insequimur ac primum occurrit vt formarum que per singulos signorum ducatus oriuntur rationē exponamus. Uix enim in intellectu concepte ab omni sensu aliene sunt tam graui ammiratione homines in tantas opiniones agunt: vt vel maxima astrologorum pars cum de ortu harum formarum legerent nec vsque ad ducatus earum peruenirent in eam opinionem ducti vt rem existimarent aut prorsus inefficacē aut forsan effectus ab homine intellectu alieni quam quod persarum astrologi hermes et ascalius. Indorum quoque summates in electoribus libris suis proprijs harum formarum qualitates atque vires solerti indagine exquisitas relinquerunt ducatu quidem earum partim figure descriptione partim proprietatem partim etiam qualitatum expositione legentis ingenio atque intellectu cōmēdato partem autem vt altius remota erat vt nec quando scirent sic nec sciēdū tradiderint non quodam artificio celeste potentia experiente. Quorum ducatus quoniam huius negocij non sunt alia differimus. Nec tamen existimādum eorum qui huiusmodi rerum scientiam adepti posteris relinquerunt eam intentionem fuisse quod aliquam eiusmodi in celo esse intelligerent aut sic corporeum quid aut ita figuratū aut his qualitatibus ifectum quo ad eiusmodi forme in ea essentia per singulos signorum gradus decanos super terre faciē orirentur. Uerum vt singula circuli loca signorumque singulos decanos varios rerum euentus consequi vtque adeo quidem vt nonnulli signis et gradibus circuli rerum omnem ducatum negantes formas tum desuper ferri asserentur que cognatos rerum inferioris mundi figuras trahendo in varios casus agitent. Cum hec inquam viderent eiusmodi affectibus formas consentaneas per signorum dixerunt vt affiniore aliquo sermone distentis intellectum dirigerent celique secreta ab vmbrato sermone et minus occultarent et sapienti ingenio pleno intellectu designarent sicque iter eos et nominibus et descriptionibus varijs discernerunt partim quidem generi nostro affinibus partim inauditis atque imaginatiōe nostra alienis quod genus idcirco adhibuerunt vt inter inferioris et superioris mundi formas longe discernendum iudicarent. Inuenimus igitur inter omnes huius artificij scriptores trinam celestium formarum diuersitatem de quibus partim dictum est partim dicendum restat preter quod nonnulli alias celo attribuūt et res et formas. Que quoniam huius negocij non sunt suis tractatibus relinquimus. De eis vero que assumimus primum exponemus eas formas earumque loca in quibus perse caldei et egyptij conueniunt deinde indicam inuentionem adhibemus. Postremo. 48. imaginum quas Alatus et Ptholomeus describunt ortus ordinabimus. Que quoniam singule ex suis stellis componuntur quas motu suo circuli loca temporis impendio mutare necesse est a ptholo

mayca collatione progressu facta. Nos vt Albumasar nr̄i temporis ortus tor̄ metimur: terminūq; subiūgēs alexādri videlicet Anno 1160. ⁊ nobis progrediēdi modū reliqt. Alij v̄o quas indi quasq; p se tribuūt ab eisdem locis imote in eisdē semp decanis oriunt. Nec eniz he stelle sunt vt isti: sz superioris circuli quedā intersignia indice v̄o forme in singulis decanis oriūtur cetere partim in singulis ptim in pluribus hoc apud nos priuilegiū est: vt sicut Albumasar nihil de his formis a pma inuētione variat sic trāslatio nr̄a: nec vnū de v̄bis eius cōmutet: nec punctū vnū addēs vel minuens.

¶ De naturis signorum. Cap. 2.



Est igitur aries nā igneus gustu amar⁹ stature porrecte bicolor biformis augmentās diem vltra horas. 12. ortu minor. 30. gradibus: Orit in primo eius decano: vt perse ferūt femina cui nomē splēdoris filia postq̄ cauda piscis marini ac pncipiū eridonij caputq; ceruothauri. i. forme ex ceruo ⁊ thauro ꝯgeste. Post hec cunocefalus manu sinistra candelā dextra clauā gerēs. Juxta indos vir niger oculis rubeis grādi corpe fortis animosus ferox erectus⁹ iugib⁹ memor albo lintheo vestitus de. 48. imaginib⁹. Post grecos ⁊ Ptholomeū dorsum celphei: q̄ arabes dn̄m solis vocāt clunisq; eiusdē ⁊ genua atq; sinistra manus mediumq; dorsuz andromade clunisq; ⁊ coxa finisq; ferni piscis scōs quoq; filū lini. i. itestinū ceti. Jn 2° arietis decano iuxta psas mediū marini mediū eridonij mediū ceruothauri nauis equus manu celū gerēs femina caput suū pectēs cū brachijs ferreis caput meduse curuusq; harpes psei q̄ arabes nēbus pse idos femia syndone ac pānis rubeis iduta vna pede eq: ipa forme eqne cogitās ire quesitū pānos monilia ꝓlez. Post grecos d. 48. stelliferis coxa cephei dn̄z solis tibie cū pedib⁹ caput psei finisq; man⁹ dexter pedes andromade eridani⁹ caput ariet ⁊ cornua reliquūq; lini cū pectore ceti.

¶ Jn 3° arietis decano iuxta psas iuuenis cui nomē falsus solio residēs cuz quo equ⁹ duplex ac posteriora solij geniti deficiēdo deos acclamātis: pectus quoq; piscis ⁊ caput postremū eridōi cauda ceruothauri: scōaq; medietas frōtis. Juxta idos vir flaui coloris crine rubeo: ferox manu torqns ligneū virgāq; gregis rubeis idutus aptus atificio ferri gestiēs id apte facē: q2 decanus iouis est vt idis placet nec p̄ualet q2 domiciliū martis. Post grecos destellatis pect⁹ psei cū manu finistra qua meduse caput defert stellaq; oblōga i capite arietis: vēter quoq; arietis ⁊ caput ceti.



¶ Thaurus nāe terreus gustu acidus augmentans diē nā diminutus. Orit in pmo ei⁹ decano vt pse docēt gladio succintus orion finistra manu gladiū dextra hastā tenēs supra manum ei⁹ duo cādelabra ipm alloquētia ⁊ noie orionez appel


lantia. Post hoc nauis eximia supra quã vir nudus residens subtus võ dl-
midiũ corpus femine mortue deide vir humero tenẽs diminut capite cani
no ꝙ genus pſaꝝ lingua sax greca cynocephali latina antipites appellant.
Juxta indos femina circuita crispa honesta demonio siliis ꝓlẽ hñs indutã
pãnis ꝑtim adusta vñ solicite queritet pãnos ⁊ ornamẽta filo. Post grecos
mediuz pſei ⁊ clunis caputqꝫ ꝙ manu sinistra gerit femora atqꝫ ilia arietis
locusqꝫ ĩfectiõe arietis sinus atqꝫ spuma eridanĳ seu nili. ¶ In secõdo thau
ri decano iuxta pſas nauis supra quã vir nudus in ꝑtem nauis tẽdẽs eleua
ta manu clauẽ gestãs scdaqꝫ medietas femine mortue dimidiũqꝫ corpꝰ sin-
cipitis manu dextra hastam ⁊ spiculã ferẽs sinistra clauẽ vtraqꝫ manu assi-
gnãs. Juxta idos vir corpore ac vultu sili vxorẽ hñs thauro silẽz digitans
caput vngulãs imitãs robusto corpore ardẽti stomacho edax atqꝫ ĩpatiẽs
famis lintheo veteri idutus sollicitus domos ac terras incolere boues ara-
tro iugare. Post hec forma defecti corpis dextra manu virgã tenẽs sinistra
in sublime leuata. Post grecos genua pſei cũ tibia ⁊ pede posterioꝝ dorsuz
thauri ⁊ vẽter armus cũ dextro pede fluuiꝰ a ꝓncipio vsqꝫ ꝓpe finez. ¶ In
tertio thauri decano iuxta pſas finis ancipitis deinde vir erectus angues te
nẽs at duo plaustra suꝑ quã vir iuuenis residens duos equos plaustra tra
hentes agrũ hũc ꝑ crura trahẽs manu sinistra. Juxta idos vir valde albis
dẽtibꝰ euersis labĳs lõgis pedibꝰ ruffi coloris enine rubeo corꝑe ex elephã-
te ⁊ leone ꝯgesto turbati sensus maliuolus scamno ĩsedẽs tapeto ĩuolutꝰ ni
ger horribilis cũ quo equꝰ borealis thaurusqꝫ ꝓstratꝰ. Post grecos dexter
pſei pes ⁊ humerus habenas trahẽs manusqꝫ sinistra cũ fine freni pesqꝫ sini
ster caput thauri ⁊ genua cũ radice cornuum finis etiam sub orionis manu
finisqꝫ fluuĳ cum suo sinu.



¶ Gemini signũ nãe aereũ gustu dulce coloris celi
ci directe stature: orit in ꝓº eiꝰ decano vt pſis placet
cauda cincipitis postꝗ ṽgaz manu tenẽs cũ quo
ex ꝑte austri duo currus post geminos equos iu-
gales supra quos vir agitans residet post hoc ca-
put cerastis: iuxta idos mulier formosa beniuola
erecta sollicita ꝓlez ⁊ ornamẽta que rez suendi ac
pulchra artificĳ docta orit cũ ea speculũ ꝑluciduz:
post grecos caput aurige ⁊ a genu dextro vsqꝫ ad pedẽ australi thauri cor-
nu orionis humerus sinister caput leporis ⁊ manus. i. ꝑs anterior ¶ In se
cũdo geminoꝝ decano iuxta pſas aureo vir canẽs calamo. Persica lingua
Ternuelles greca Hercules dictꝰ idẽqꝫ nixus genu pariter ⁊ coluber arborẽ
ascẽdẽs fugiẽdo tñ velloni mediũ cerastis cũ quo lupus manu signata. Ju
xta nidos vir ethiopi siliis colore grisis caput plũbaz vitta ligatus armis li
gatus: ferrea, tectus, galea desuꝑ vt sunt curritꝰ manu arcum tenẽs ⁊ sagittas
iocos ⁊ saltus parãs cãtans timpanũ ꝑcutiẽs poma ex orto rapiẽs qui si-
mul orit cũ eo multũ odoriferi ligni: post grecos dextra aurige manus atqꝫ
altũ posterioꝝ thauri pedũ simulqꝫ orionis caput humerus manus pectꝰ

e Et ꝛ color per circuli quadrantis discretio. Nam inter oriēs ac terre cardinem color rubeus: hinc ad septimum niger: ide ad decimum viridis: quartus est albus. ¶ Preterea ꝛ inter ipsa domicilia colorum quedam est varietas. Est eniȝ oriēs ipsuȝ coloris subalbidi quem griseuȝ dicunt. Semina extrinsecus viridis: tertium ꝛ vndecimum glauci: cardines rubei: quintum ꝛ nonum albi: sextum ꝛ octauum nigri: septimum obscuri.

e Et ꝛ quantitatum per circuli quadrantis dimensio. Naȝ ab oriente vsqȝ ad oppositū breuitatis a septem vsqȝ ad oriens longitudinis mensura sumitur. Preterea duo quadrātes ab imo per oriens vsqȝ ad summum ascendentes ꝛ augmentantes duo reliqui contra.



Nunc exponendum videtur vt quaternarij numero ꝙ plurimuȝ rerum partitiones nature seriem sequunt. Quatuor sunt modi plage ventorum acies: anni tempora signorum circuliqȝ partes omnes complexiōes etates diei noctisqȝ quadrātes.

E quibus prima oriens subsolanus cuz vtroqz socio. Uer ab oriente ad ♋ ab oriente ad summum signis adolescentia primus diei noctisqz quadrãs. Secunda meridies auster cum geminis complicibus. Estas a ♋ ad ♎ a summo ad occidens colera iuuentus: secundus vtriusqz quadrans. Tertia occidens fauonius cum socijs. Autumnus a ♎ ad ♑ a septimo ad quartum melancolia vtrunqz status: tertius vtriusqz quadrans. Quarta septentrio boreas cuz fratribus hyems a ♑ ad ♈. A quarto ad oriens regina senium: quartus die noctisqz quadrans.

De quadrantibus diei et horarum.

DEmum celestis conuersationis quadrantium et horarum exponenda. Due sunt enim mundane lucis conuersiones nocturna atqz diurna quarum altera vs alterius. Est autem et totius accidẽtia partibus accidere. Ut ergo quadripartitus est annus sic et diem sic et noctez totius mutatione quaterna mundi natura discriminant Singulas autem anni partitiones trina interualla subdistinguunt principium mediũ finis: que quater sumpta duodecim anni menses conficiunt. Sic igitur diei noctisqz quadrantium terna spacia duodecim horas diei totidemqz noctis horas complent: fiuntqz simul omnes vigintiquatuor: itaqz tam diei q̃ noctis: vt ver aereus nature sanguinee: secundus estiue nature: tertius autumnalis: quartus frigidus et humidus.

REstat vt dierum atqz horarum dominos ordinem⁹. Ut enim anni tempora quadrantium circuli temporũqz duodene subdiuisiones duodecim circuli partium erant: sic dies eorũqz subdiuise partes quas horas dominis stellarum dominiũ esse conueniebant. Unde vt septẽ erant stelle circulum percurrentes sic anni dierum numerus per earum ordinem reuertens per septimanas diuisus est. In gemino ergo stellarum atqz dierum ordine vt inter dies ab eo rectissime exordium sumitur: quem primum nascentis seculi diem indorum et persarum memor antiquitas docet: sic inter stellas ab ea cuius auctoritati diei minus iniunctum erat rectissime exordium sumptum videtur. Sic ergo septem diebus ebdomade inter septem stellas distributis queqz sui diei prime hore singulariter dominatur ceteris persequentium numerum imparticipant assumẽtes partes quotiens ad prime dominum reditur ordine: vt prima feria quam vulgus dominicum vocant diem: primaqz eius hora singulariter ☉ est: secunda ꝯmunior ♀: tertia ☿: q̃rta ☽: q̃nta ♄: sexta ♃: septima ♂: octaua ☉ sicqz deinceps vt transnumeratis .12. horis sequentem diem ☽: tertiũ ♂ accipiat: atqz in hac prima diei hora ad ortum ☉ incepta noctis ad occasum. Quod romani intelligentes singulos dies a dominis cognominauerunt: que nomina latina lingua perpaucis cõmutatis hodie vsqz seruat.

¶ Incipit liber septimus



Eptimi libri capitula noue ¶ Primum de proprietatibus stellarum et habitu substantiali. ¶ Secundum de affectione earum a ☉. ¶ Tertium demonstratus earum per quadrantes circuli ac domicilia pariter et quantitate corporum stellarium. ¶ Quartum de constellationibus ac constructionibus qualitatum stellarium simul quod quam fortior quod debilior. ¶ Quintum de respectuum stellarum applicatione et separatione ceterisque id genus habitudinibus. ¶ Sextum de fortuna stellarum fortitudine et debilitate atque infortunio cum et corruptionibus ☽. ¶ Septimum in extrahendis stellarum radijs iuxta ptholomeum. ¶ Octauum de annis firdariech stellarum simul et damnis earum maioribus medijs et minoribus. ¶ Nonum de naturis stellarum septem et proprietatibus ducatuum per vniuersa rerum genera.

¶ De proprietatibus stellarum et habitu substantiali.



Uemadmodum inter initia sexti libri dispositum est cum ea particio vniuersales signorum ducatus contineat: huius voluminis series vniuersos stellarum ducatus ordine prosequetur. Cum enim in predictis nature stellarum ac substantialium quantitatum differentie exposite sint: consequens erat diuersas earum habitudines ad diuersos rerum habitus et accidentia ducentes inuestigari. Suntque itaque diuerse sue cuiusque proprie ac substantiales habitudines ad ascensus in circulis suis vel descensus vel medium inter vtrumque cum motus ac luminis augmentum siue detrimentum aut medium inter vtrumque: tum septentrionalis tum australis ascensus siue descensus. Deinde incrementum numero incrementum computo siue detrimentum aut medium inter vtrumque. Tum latitudinis quantitas tum nulla postremo quantitibi vicissitudo inter diem et noctem sibaizen aut extra. ¶ Ascensus stellarum in circulo centri est inter stellam et absidem eius circuli minus. 90. gradibus idque et cursus et decrementum altissima atque tardissima in puncto absidis contra vero in oppositis nam medium in medio. Quare circa gradus nonagenos inter eadem ad eundem modum et luminis quantitatem inter augmentum et decrementum intuentis visum metitur singulas inter circulorum sublimationes et depressiones perpendens his accedit quantum et retrogradationis circuli per quadrantes suos inter huiusmodi motus adiciunt excepto quod non omnibus idem est motus. Nam superiorum stellarum lumen admodum lune quantum a sole recedunt augmentant quantum accedunt diminuunt. Incrementum siue decrementum numero viget. Inter duos ordines numerus ad rectitudines stellarum perpendit quorum primus a. 10. vsque ad gradus. 180. crescit. Secundum

dus a gradibus.180.vsq3 ad.360.decrescit. Incremento cōputo q̄ diu recti tudo medio stelle additur decrementū q̄ diu detrahitur. Idq3 in operis fine medio vero q̄ diu nec addit quicq̄ nec detrahit q cum supioribus stellis ac cidit: dū pariter in viā solis fiunt. Erunt quidē aut in eodē puncto cum sole aut in opposito. Inferioribus autē quotiens recto solis loco de medio vtri usq3 dempto aut.100.aut.180.gradus relinqui ꝯtingit siue rectitudine pari ter in eodē cum sole puncto reperiunt. Motus aūt augmentū inferioribus qdem stellis q̄ diu plus medijs suis incedunt decrementū q̄ diu minus me dium est equaliter. Inferioribus aūt q̄ diu plus sole currunt augmētum est q̄ diu minus decrementū: medium inter tum equaliter. ¶ Sciendu3 vero quotiēs stella.f.bicgzigit pesarum aut indoꝝ collocati in pmo aut quar to sui circuli quadrante repcriuntur tarde dicunt. In tertio aūt ꝛ secundo ce leres quorum plus si alcdaget mecea scōm fi alcdaget albana tractatur que in translatione zigil alchuarchim sufficienter exposuimus. Septētrionales sunt stelle a sui queq3 draconis capite vsq3 ad caudam a cauda vsq3 ad ca put australes. Quarum maxima latitudo medio inter caput ꝛ cauda3. Ad ipsum vero capur ꝛ caudam nulla haim stellarum.r. vicissitudo Aubailet est vt stelle mascule die superius nocte inferius hemisperiū obtinentes pari ter ꝛ signa mascula possideant. Femine cōtra pter martem quem nox tem perat. Est enim ꝛ hoc quoddā virtutis earum adminiculum.

De affectione eorum a sole.

Einde sunt q̄da3 affectiōes stellaꝝ ex sole accidētes singulis iuxta q accedūt ad solē ꝛ recedunt. Uñ est q supiores stellea cōiūctiōe solis vsq3 ad oppositio nē dextre dicunt. Inde adiunctionē sinistre. Inferiores vero a cōiunctione solis retrograde vsq3 ad pmā stationem hinc ad coniunctionem directe dextre tamen ad alterā sinistre. Lu na vero a coniunctione vsq3 ad oppositionē dextra inde ad coniunctionem sinistra. Sunt itaq3 superioꝝ stellarū affectiones huiusmodi.16. Prima est coniunctio cum sole quam zami dicunt in eodem puncto atq3 altrinsecus in fra puncta.16.quoniā quantitates circuli solaris punctoru3 quidem ad mi nus.32.ad maius.33.que3 infra terminum: q2 stella in corde solis dicitur ea coniunctio fortunata est hunc terminum excedens ad secundam affectionē migrat que est adustio. In saturno q3 ioue vsq3 ad decimum perueniens bis gradibus a sole elongatus tertia passio suscipit que est sub radijs tantum: vnde iam liberari incipiunt ꝛ vigorem recuperare: hic enim iam maiorum eis annorum potentia redit ꝛ maioris duxturie q in genezie tractatu expla nauimus peruenit autem hec in Saturno quidem ꝛ Joue vsq3 ad.15.a sole gradus. In marte vsq3 ad.18. a quibus terminis in quarta3 transeuntes de inceps orientales sunt ꝛ fortes. Que quamdiu infra tres primas affectio-

nes morantur: persica lingua kenezduria nuncupantur. Ab his itaq terminis quãquã he stelle orientales sunt: non tamen videmus eas statim apparere. Nonnunq enim vel ante per quedam climata plerũq vero longe post diuersas terrarum partes apparent. Sed hinc dicimus eas orietales esse vt exutis iam solaris corporis viribus sole precedente relictas: ab his igitur vt prediximus terminis in quarta iam affectione cor & anima orientis dicũtur apparentes libere & fortes: idq vsq ad. 60. a sole gradus quotta est exagoni quantitas. Ab hinc vero in quintam migrantes orientales debiles dicũtur vsq ad. 90. a sole gradus: quotta est tetragoni quantitas his peragratis non iam orientales dicuntur. Deinceps etenim exquo sol oritur he in quadrantem occidentalem decedunt que sexta affectio est post orientalitatem dicta vsq ad primam stationem peueniẽs que quota fuerit tota est. 7. affectio. Unde ad oppositionem. 8. Nona est oppositio persica lingua keuercum kabala: aqua ad secundam stationem. 10. que. 11. est. 12. est directio. Secundus tetragonus. 13. que ad occidentem declinans dicitur. Exquo namq sol occidit he a medio celi occidentem versus decedunt. Secundus exagonus. 14. inde. 15. qua primum saturnus quidẽ & iupiter a sole gradibus. 22. accedũt Mars vero. 18. sub radijs tantum meliori tantum a. 7. que in gradibus occidentis dicitur vsq ad. 15. a sole gradus perueniens: vnde. 16. sub radijs tantum meliori iam fortuna destituta: iam enim vix minores annos tribuit & duxturiam. In saturno quidem & ioue vsq ad. 6. a sole gradus. In marte vero ad. 10. Postrema est adustio vsq ad coniunctionem que due persica lingua keri rci tagib nuncupantur. ¶ Inferioribus. 16. Prima est çamini quantitatis predicte: deinde vsq ad. 7. a sole gradus. Secunda orientem versus a sole retrogradando: que adustio est nisi latitudo intercedat. Veneri siquidem nonnunq preter alias accidit: vt ex eodem cum sole gradu videatur: latitudine faciente: que tota quidem graduum. 8. punctorum. 56. iuxta q Ptholomeo visum est. Sic itaq nequaquam adusta dici potest venus immo apparẽs: dum a sole plus. 7. gradibus distet licet longitudine q in eodem sunt gradu. Tertia vero est sub radijs tantuz a. 7. gradibus vsq ad. 12. a sole qua iam vigorem recuperantes: & maiorum annorum sunt & maioris duxturie: hinc orientales in quarta vsq ad secundam stationẽ: que quinta est. Sexta est discretio vsque ad. 21. a sole gradus octaua est adustio vsq coniunctionem que nona est. Decima est adustio occidentalis vsq ad gradus. 7. Undecima sub radijs tantum vsq ad gradus a sole. 15. Duodecima est directio. Decimatertia prima statio. Decimaquarta retrogradatio vsq ad. 15. a sole gradus. Decimaquinta sub radijs tantuz vt ante. Decima sexta adustio vsq ad primam. ¶ Has itaq stellas a cõiunctione solis oriẽtalis retrogradat Post retrogradationem vere vsq ad. 12. a sole gradus. Inde vsq vltra solem 15. gradibus. Inde ad coniunctionem. ¶ Luna quoq. 16. a sole mutuatur affectiones. Prima est zamini altrinsecus infra. 16. puncta cum sole. Secunda adustio vsq ad gradus. 6. infra quem terminuz nullatenus videri potest. Transacto vero statim nonnunq in recto circulo.

Tertia sub radijs tãtum vsqꝫ ad gradus.12. In quarta vsqꝫ ad robedan ꝙ est ad gradus a sole. 45. In quinta vsqꝫ ad primum tetragonum. In sexta vsqꝫ amphiarton ꝙ est ad gradus a sole centumtrigintaquinqꝫ. Hinc vsqꝫ prope ad oppositionem.12.gradibus.7. Unde.8. vsqꝫ ad oppositionem. Nona est oppositio. Decima ab oppositione vsqꝫ ad gradus.12. hinc.11. vsqꝫ ad secundũ luminis quadrãtẽ: vnde duodecima vsqꝫ ad secundum tetragonum: a quo.13. vsqꝫ ad secundum luminis quadrantem vsqꝫ inde ad 12. a sole gradus.14. vnde.15. sub radijs tantum vsqꝫ ad.6. gradus postrema est adustio vsqꝫ ad primam. Harum igitur affectionum diversi sunt ducatus quos in locis suis exequemur.

¶ Demonstratus eorum ex quadrantibus circuli ac domicilia pariter & quantitate.


Nunc etiam quid ex quadrantibus circuli stellis accidat exponi conuenit. Quod quadripartituꝫ reperitur locus in cardine locus in ascendente locus in remoto locus in aduerso. Omnis aũt stella in quocunqꝫ fuerit circuli loco certa altrinsecus quãtitate corporis sui virtutem pretendit. Est itaqꝫ solaris corporis virtus inter vtrãqꝫ partem ante & retro quindenorum graduum: lunaris duodenoruꝫ: saturni & iouialis nouenorum. Martis corpus inter vtranqꝫ partem octenis gradibus veneris & mercurij altrinsecus.7. & cetera.

¶ De constellationibus ac constructionibus qualitatum stellarum.


Conuentus stellarum quas constellationes dicunt pluribus ac diuersis modis fiunt. Cõueniunt enim planete tum bini tũ plures nunc corpore nunc radijs at cum in eisdem signis tum in eisdem signorum partibus. Eorũdem nunc singuli plures fixarũ etiam quibusqꝫ iunguntur: iungunt etiam capitibus & caudis draconum tã suorum ꝙ alienorum iunguntur etiam partibus per circulum. Coniunctionis quidem terminus infra gradus.15. firmioris ducatus infra virtutẽ stellarum corporum graduũ numeros vtralibet parte. Cum enim conuenientium altera infra virtutẽ alterius corporis extiterit nec illa in huius minus firmum vt saturnus cum luna in vno signo infra gradus.12. nec dum infra 9. Cũ igitur vtraqꝫ intra alterius corporis virtutem si pariter in eodẽ nunc termino fuerint ducatus oratio firmius quanto conueniunt firmior quãto separantur debilior quousqꝫ de eodem signo exeant. Nam si in diuersis signis vltra eosdẽ terminos consistant: nõ tantum coniuncte dicunt propter signorum diuersitatẽ: sed altera infra alterius virtutẽ tenue coniunctim ducatus signa. Fixis aũt signis nulla per se corporum est virtus nisi quãta planetarum est eis conuenientiũ alteram alterius naturaꝫ ac propriam cuiusqꝫ virtutem inficere & corrũpere: vt coniunctis tertius quidam affectus extraneus perducat. Idqꝫ copiosa similitudine approbant queadmodum limpha vino permixta: vt ipsum infrigidet naturã eius inficiens corrũpitqꝫ con-

uerso multaq; his similia. Nos aūt q licet id q ita sit: vt vtrūq; alterius at temperet: non tamen suam cuiusq; naturam prorsus interire vini calorem: aqueue humorem: licet nō integrum nec adeo calidum sicq; in ceteris confectionibus. ¶ Est & aliud q hec inferiora corpa liquida permixtione quidē vbi alterū alteri inseritur sese nimirum inuicem inficiunt & corrumpunt. Celestia vero corpora cum iungunt: q2 longe ab inficem distant nequaq; se ita corrumpunt: sed in natura sua ac virtute propria virtutes suas vicino coiciunt se inuicem miscent. vnde motu cōmuni ac permixtione tertium quēdaz affectum vtriusq; nature cognatum gigni necesse est. signi natura lociq; circularis affectione pariter & stellarum affectu cooperante quos effectus antiquitas per diuersos tractatus exequitur. ¶ Sunt itaq; stellis coeūtibus gemine habitudines prima qualitatū permixtio: secunda alterius supra alteram potentiā. Qualitates sunt calor frigor humor siccitas. Qualitatuz permixtio quinq; partita. Prima in proprietate nature. Secunda in ascensu: & descensu per circulū ex centro. Tertia in natura loci. Quarta in affectione ex sole. Quinta in accidenti ex quadrātibus circuli que in quarto libro exposuimus. ¶ Alterius aūt super alteram potentia triplex que nāq; absidi sue propior qui septentrionalis ascendēs. Cuiq; septentrionalis latitudo maior ipsa obtinet atq; hic in coniunctione stellaruz tm̄ speculari conuenit. Cetera nāq; q̄ absidū q̄ digressionū circulis carēt. Uisum ergo est eis q ratiōabili speculatione celestiū effectus indagantur. Saturni quidem & martis cōuentus qualitates eorum contrarie coeuntes temperiem conficiunt vtriq; siquidem gemine qualitates quarum altera imobilis altera facile mutabilis: vt Saturnus frigidus siccus interdū tamen frigidus humidus: mars calidus sicus interdum calidus humidus: vt in quarto libro expositum est. Si ergo conuentus eorū in signo igneo fuerit calor martis exuperat interreo frigus Saturni vtrunq; siccitas valida. In aqueis & aereis siccitatem humor exuperat alteraq; martis calor alteraq; saturni frigus moderatur. ¶ Ad eundem modum affectiones eorum a sole ordinantur. Nāq; ex quo a sole separantur vsq; ad primaz stationem aeream nullam contrahunt vim vsq; ad oppositionem solis igneam: vnde vsq; ad stationem terream. Aqua vsq; ad solem aqueam hunc ordinem & quadrantes circuli quantum in ipsis est mutantur. Quotiens igitur ita iunguntur vbi vtraq; qualitas temperetur cōiunctionis ducatus ad finem beatuz spectat. Cum vero vt altera tantum minus. ¶ Triplex est igit vtriusq; qualitatis permixtio. Pimo vt sit mars calidus humidus Saturnus frigidus siccus. Secundo vt mars calidus siccus Saturnus frigidus humidus. Tertio vt mars calidus humidus Saturnus frigidus humidus. Cuiuslibet igitur harum trium speciei cōmixtio fortunata: licet enim & ambo fuerint humidi humor tamen martis calor est q̄ Saturni frigus temperat: simplex autē alterius tantum vt mars calidus siccus: saturnus frigidus siccus q cum accidit intemperata siccitas alterius calorem alterius frigus imoderate exasperat vt pax temperata coniunctio minus etiam fortunata sit. Omnem inde huius coniunctionis fortunā fute

in exordijs negociorum seu genezia aut annalibus noxia eorum natura cō taminat: vt nec sine labore ꝛ pena multaqꝫ corporis difficultate crebris: ꝛ grauibus animi passionibus seruare queat ꝛ de cetero plerūqꝫ grauior pena cōsequat. Oportet aūt ꝛ in hoc ꝛ in omni cōuentu vt dicatus certior fiat prepotentem qua ratione dictum est dinoscere inter omnes vere hos qui apud solem fit conuentus singulari quoddā priuilegio exceptus est. Omnem etenim stellam sibi coniunctā preter zami adurens ꝛ corrumpit ꝛ debilitat. Ac stelle quas plurimum adustio ledit sunt luna venus. vt enim ex frigido humore teneram ꝯtraxere naturam sicco solis feruore nature sue prorsus inimico citius vel grauius leduntur: leuius autē saturnus ꝛ iupiter: leuissime vero mars ꝛ mercurius dū directus fit qui fere solaris nature sunt: vnde in eo conuentu alias quidem fortiores leuius: alias minus fortes grauius corrumpi constans est. Sic ergo cum mars aut saturnus soli iungunt vterqꝫ alteri grauis excepto ꝙ illis adustio grauior quā illi corruptio. Magis autem saturno: post enim cū saturno vtraqꝫ qualitate misceri cum marte vero alteri tantum. Cū igitur vtraqꝫ qualitate sol saturno miscetur: ꝛ sol saturnum leuiter adurit ꝛ saturnus solem leuiter corrumpit: altera tantū grauius excepto ꝙ sol semper fortior est hoc si saturno ꝛ loci natura semper incōmoda fuerit qualis est casus locusue circuli versus etiā multo grauius corrumpitur: mars autem soli grauior. Miscetur nāqꝫ sol marti vel altera: tantum qualitate vel nulla. Inter omnes autem mercurio vt consueto ac familiari solis adustio minus grauis minime dum directus fit qui dum sub radijs est ꝛ infortunatus sic paxillum solem ledit ꝛ fortunatus parum beat. Utranqꝫ siquidem fortunam aliunde assumens ad solem transfert. Cum autem iupiter aut venus siue luna soli iungitur solem quidem beant ipsos tamen adustio ledit magis minus fortes preter zami lunam quoqꝫ Saturnus ꝛ mars coniunctione corrumpunt ea tamen discretione ꝙ mars in prima lunationis medietate. Saturnus in secunda grauius leuius. Item dum ipsa grauius dum illi. Cum autem Saturnus ꝛ Jupiter cōueniunt qui fortior fuerit obtinet. Sicqꝫ inter Martem ꝛ Uenerem ꝛ ceterarum conuentus. Nam quotiens ꝛ plures conueniunt fortissima obtinebit. Sunt tamē qui asserunt quotiens Saturnus vtriqꝫ in natura sua fortis conueniunt cōuentum aduersum. Ad quod multā similitudinem adducentes aiunt quotiens due res: etiam due res iunguntur nō medium aliquod temperari: sed eandem naturam augeri: vt flamma flamme limphe iuncta multaqꝫ his similia. Sic igitur aiunt he due stelle cum vtraqꝫ infortunata sit coniuncte: potius infortunium adaugent. Dicimus igitur ꝙ corporum que apud reperiuntur alia sunt solida alia liquida vtrorumqꝫ habitudines: prima est compositio: secunda confectio: tertia coniunctio: quarta commixtio.

¶ Solidorum igitur vt alia spaciose quantitatis sunt alia diminute. Ex spaciosis compositio tertiam edidit figuram: vt ex lignis edi ex diminutis vero confectio aliam quandam naturam vtriusqꝫ cognatam gnignit: vt ex diuersis seminum generibus medium quoddam: liquidorum autem est

alia natura permixtio alia insatiabilis affectus. In his quidem coniunctio: vt ex aqua et adipe inillis cōmixtio vt ex aqua et vino medium quoddam gignitur. Quotiens igitur diuersis generibus coadunatis φ inuicem interserta alterum alterius naturam inficit et interficit ea commixtio siue confectio: tertium quoddam producens ex eisdem enim generibus neqꝫ cōmixtio neqꝫ confectio medium aliquod gignens. Verum adiunctio siue aggregatio augmentans: vt aqua aquis flamma flammis coeuntes: vt semina seminibus: radices radicibus sui generis hisqꝫ similia. Quorum quoniaꝫ nihil in supernis accidit neqꝫ enim sese contingunt nec inuicem interseruntur: vt ad aliquid agerent verum ex legitimo coitu cum cōtrarie qualitates misceantur ex alterius frigore alterius calore sicqꝫ ꝯuerso temperari necesse est.

De applicatione respectuum stellarum et separatione ceterisqꝫ id genus habitudinibus.



Tellarum habitudines aliꝫ specialiter ordinantes numero variant sic enim Albumasar cū alibi.25.scribat hic.17. nos autem tulliꝫ nostri memores nō posito genere in eadem partitiōe speciem numerare cōsueuimus eas.18. generali complexione enumerauimus specialiter: vt mos est ordine subdiuidētes respectus applicatio separatio: parilitas: solitudo: alienatio: translatio: collatio: prohibitio: collectio: reditio: cōtradictio: impeditio: euasio: interceptio: compassio: remuneratio: receptio. Respectus stellarum est inter domicilia suprapositis figuris discriminata bipartitus. Sinister quidem ad tertium quartū quintum. Dexter ad.10.9.8. Sextus per diametrum opponit respectus quidem est de signo ad signum validissimus tamē de gradu ad gradum per gradus equales figurales proportionaliū artium cōtinentes. Applicatio est leuis ad grauem dum grauis plurium sit graduuꝫ. Est autem primo loco bipartita corpore videlicet respectu: corpore quidem in eodē signo quam coniunctionem vel conuentū dicimus cuius virtus seorsum tractari debuit. Applicationis respectiue quedā sunt species quas: vt de ipsa generaliter tractatū fuerit loco suo exeq̄mur. Quotiens.n.ex domiciliꝫs sese respiciētibus leuis ad grauē accedit non eque est cōiunctio: sed nature quedam cōmixtio coniunctione debilior. In vtrolibet igitur genere φ diu leuis ad grauez a terminis constitutis applicatio est exquo transierit separatio. vis equidē applicationis cōiunctiue a.15.gradibus respectiue a.12.debilis tamen quousqꝫ applicans in eundem terminū perueniat aut infra dimidiū vtriusqꝫ corporis virtutem. Quod genus ligon dicit a qua dum separatur in eius virtute est φ diu non applicatur aliꝫ in eodem signo magisqꝫ infra dimidiaꝫ eius corporis virtutem: licet enim vel ad plures vna quelibet accedat cui propior est ei accedat dicitur. Nā ligon si in fine signi fuerit dimidiū eius virtutis sequētis signi est. Nec aliter in principio signi excepto φ ea virtus nonadeo valida propter signorum diuersitatem. Quotiens vero duobus in eodem pun

cto consistentibus tertius vndelibet applicat ei primum ligari dicitur in cu
ius pluribus extiterit dignitatibus deinde secundū. Sic etiam quotiēs due
ex eodem puncto vni applicant ea primū ligatur que plurimum testimoni
um affert. Cum secundus in hoc genere dn̄s termini precedit contingit non
nunq̄ vt solitarie alicuius in fine signi corporis virtus in sequenti signo ra-
dijs alterius excipiatur fitq; mixtio debilis nō tamen applicatio quousq;
in respectu transitus fiat. Omnia que dicta sunt in coniunctione quidem fir-
miora sunt: magis autem dum naturalis fiat commixtio in vtroq; genere.
¶ Utriusq; ergo generis gemine sunt species in longum & latū. In lōgum
quidem nunc: directe nunc retrograde in modum quo exposuimus. Latitu
dinis triplex est subdiuisio prima quidem: vt sit coniunctio in eodem gra-
du eadem latitudine eadē parte q̄ genus alterius ecclypsim parat necesse est.
Secunda est oppositio vt altera ad septētrionem ascendente altera ad septen
trionem descendente aut ecōuerso eadem vtrunq; latitudine sitq; in austro.
Tertia est sexquipartita inter binos exagonos tetragonos trigonos altera
ad septentrionem ascendente altera ad austruz descendente aut ecōuerso. Ea
discretione adhibita ne extrema applicantis latitudo minor sit presente alte
rius latitudine. Ad quam cū peruenerit ligatio est ex quo transierit separa-
tio. Excepto q̄ non statim virtutē illius exiuit q̄ diu scilicet in eadem parte
fuerit quousq; altera ascendente altera descendente incipiat vel conuerso.
¶ Est & aliud generis artificium vt respicientiū videlicet stellarum septen-
trionali latitudine loco suo adiecta latitudine vero australi loco suo detra-
cta inter reperta loca duo longitudo colligatur. Que si fuerit graduum aut
60. aut. 90. aut. 120. exordio numeri a leuiori sumpto ligatio est. Si minus
applicatio si magis separatio: pōt etiam vna quelibet pariter alteri lōgo al
teri lato applicari. Unde diximus de fugitiuo si luna inquit Joui longitu-
dine: marti latitudine ligata reperit̄ q̄ marti consequendū iudicat: q̄ Joui
non ledendū: firmius vero vni vtraq; applicatione ligari: magis ex aliqua
recipientis dignitate: vnde applicationis respectui quatuor sunt species do-
num: nature donum: virtutis donum: gemine nature donum: consilij donū:
nature est applicatio ex aliqua recipientis dignitate. Donuz virtutis est ap
plicatio ex aliqua applicantis dignitate. Donum gemine nature est applica
tio pariter ex vtriusq; dignitate. Donum consilij quelibet alia firmior ami-
ce figure natureq; cōmixtione firmissima cū receptione. ¶ Parilitas ligatio
nis vim imitatur naturali quadā adequatione non respectu qua doctissimi
astrologi in secretis rerum vsi reperiuntur. Uulgares vero nihil huiusmo-
di intelligentes nec aduertisse videntur. Est autem bipartita intra gradus si
gnorum equaliter orientium signorūq; equalium dierum qua ratione com
pos & consors inuenit̄ stella in primo ♈ gradu stelle in vltimo ♓ quaruz
altera ei que in fine ♍ altera eius in principio ♎: sic ea que in. 20. ♈ ei que
in. 20. ♓: sicq; ei in. 20. ♍: similiter ea q̄ in fine ♈ ei que in principio ♓: sicq;
ei que in principio ♍: sicq; deinceps ad hūc modum ¶ Solitudo est quo

tiens ſtella poſt ſeparationē nulli in toto ſigno applicat. ¶ Alienatio eſt cum per totum ſignum omni reſpectu caret quod ſepius ☽ accidit cunque accidat ducenda eſt ſtella per terminoꝝ dominos more applicationis tanꝙ ligata cuiqꝫ in cuiuſqꝫ termino fuerit: ſicqꝫ per ordinem. Q artificium ⁊ in ſolitudine nōnunꝙ adhibendum eſt videlicet non ſatis cōmixtis ſeparata longius dimiſſe vires exuit necdum alij applicans. ¶ Tranſlatio ab vna ad aliam cuius due partes. Altera vt eadem ſtella inter duas ab altera ſeparata alteri applicet altera: vt dū leuis graui applicat grauis alteri applicet. ¶ Collectionis due ſunt ſpecies quarum altera collectionem: altera tranſlationem imitatur. Illa ſiquidem vt ſint due auerſe abinuicem vnam reſpicientes vel ei applicantes. Illa vero quelibet circuli locum reſpiciat cui cōferat. Hec autem vt inter oriens negocij ꝙ dominos abinuicem auerſos aut ſeparatos quelibet alio ex vno alium reſpiciens vel applicans conferat. ¶ Prohibitio bipartita altera vt ſint tres vel plures in eodem ſigno per diuerſos gradus grauis in pluribus. Hec ergo que media eſt altera prohibet ne graui applicet quouſqꝫ eam tranſeat. Altera vero ex parte reſpectus vt cum de duabus ſtellis in eodem ſigno altera applicet alteri: ſic eidē pariter eminus alia reſpectu applicans que ſi in paucioribꝰ vel eq̄libus fuerit gradibus eā corpore accedens prohibet quouſqꝫ graduum numero ſuperet. ¶ Reditio quoqꝫ ex duobꝰ ſumit locis. Altero vt cum ſtelle ſub radijs exiſtēti applicatur. altero cum retrograde vtrunqꝫ ſiquidem applicantis conſilium reicit. Eſt igitur huiuſmodi reditio tum ſalubrum tum aduerſa: ac ſalubris quidem triplici modo perpenditur. Primo quidem vt ſit applicationis receptio. Secundo vt vtraqꝫ in cardine aut poſt cardinem applicanſqꝫ directa. Tertio vt licet recipiens remotus applicans ſolum in cardine ſit: aut poſt cardinem: hic itaqꝫ recipiens quidem ꝙ corruptus eſt ⁊ remotus. Rem quippe quantum in ipſo eſt inficit: ſed quia reddit ipſi quod conferebat. Ille vero liber ⁊ fortis eripiens rem ad effectum producit. ¶ Aduerſa vero duplici modo. Altero vt ſit duplicans remotus. Alter autē in cardine aut poſt cardinem. Hic ergo quādocunqꝫ confertur redditur. Ille vero debilis rem quidem alter parat: alter deinde inficit: altero vt ſint ambo remoti vel aduſti ſiue retrogradi. quod cum acciderit res omnino negatur. ¶ Contradictio eſt vt cum ſtella ſtelle applicans anteꝙ perueniat retrograda ſit. Id enim eſt firmata negare. ¶ Impeditio eſt vt inter tres ſtellas quarū grauior in quolibet gradibus: leuior in pluribus: leuiſſima in paucioribus: que dum graui applicare paret: anterior illa retrogradatio grauem tranſeat. Hic ergo applicantem impediri neceſſe eſt. ¶ Euaſio eſt cum ſtella ſtelle applicat que anꝙ perueniat illa inſequens ſignum tranſiens alias vicinor: reſpectu inficit. Id enim eſt prius ꝯſilium annullari. Interceptio tripartita eſt primo quidem: vt ſit ſtella parans applicare ſtelle A qua in ſecūdo ſigno ſtella que retrogradando anteꝙ illa perueniat huic iungatur ſicqꝫ applicās lumine intercipit. Secundo vt ſit leuis graui applicans: illa vero grauiori anteqꝫ tranſeat ꝙ

leuis ad ipsam perueniat. Signum ergo est in re quesita aliud puenire. Tertio autem applicet stella stelle equali negocij domino: aut ipsi equalis illi. ¶ Compassio est cum stelle in casu suo: aut pcipitio posite stella amica de aliqua dignitate eius applicat: aut ipsi illi q sit ꝯsequenter in proximo ad eundem modum conuersio fiat idem q remuneratione dicimus. ¶ Receptio est cum stella stelle applicat vt vel applicans in recipientis sit dignitatibus: aut recipiens in applicantis: firma quidem de domicilio aut principatu de ceteris debilis: nisi pluribus simul: de quo genere est receptio ex respectu siue applicatione aut ex amica figura aut ex prima et secunda signorum cognitione quas superius tractauimus: Sic etiam fortunate sese inuicem respiciunt: sic infortunia duo coniunctione tantum aut amica figura. Est itaque receptio quedam alia fortis: alia debilis: alia mediocris. Fortis quidem inter ☉ et ☽ omni ex loco preter oppositionem: que cum ex dignitatibus fortissima est: eiusdem generis est receptio apud ♀ ex ♍. Mediocris vero ex singulis dignitatibus de primis duobus generibus: de ceteris vero debilis nisi pluribus simul vt dictum est: ex horuz oppositionis remunitio sumit.

¶ De fortuna stellaruz fortitudine et debilitate atque infortunio.



Ex his habitudinibus quaterna stellarum affectio procedit: fortuna: infortunium: fortitudo: debilitas. Tum et ☽ impedimenta. Fortuna stellaruz est: vt sint fortunatis ꝯiuncte aut amica figura respecte infortunijs auersis aut inter fortunas similiter medie aut zami aut in amico ☉ respectu siue ☽ felicis motus atque lumine crescentis: aut vt sint in dignitatibus suis aut gradibus lucidis recepte: aut saltim sibarzehe: vt masculine in signis ac gradibus masculinis die super terram: femine contra aut sint in dignitatibus fortunarum. Nam et fortunarum fortuna est esse in dignitatibus luminum itaque fortuna stellaruz tripartita multiplex plenaria diminuta: multiplex quotiens ex huiusmodi comoditatibus plures conueniunt: vt ♀ in ♍ dupla qui si pariter et in termino suo fuerit tripla: sicque simul in oriente quadrupla. Plenaria in domicilijs melioris figure: vt ♄ in aquario: ♃ in ♐ ♄ in ♏ ♀ in ♉: ☿ in ♍: diminuta in alteris. ¶ Fortitudo stellarum est ascensus ad septentrionem: aut esse in septentrione. Ascensus in circulo ex centro motus augmentum: tum vt sint in statione secunda: tum extra adustionem directe: tum vt cardine aut post cardinem. Superiorum quoque stellarum: vt sint orientales et in orientalibus circuli quadrantibus. ☉ ibidem pariter: et in signis masculinis preter ♎. Inferiorum autem vt sint occidentales: et in occidentalibus circuli quadrantibus. ¶ Debilitas stellarum est casus exitium exilium magisque cum solitudine applicatio ad retrogradam aut corruptam: prima statio retrogradatio sub radijs: tum vt sint in gradibus obscuris nature recepte: aut in oppositis harzehe

descendente ad austrū aut esse in austro descendere in circulo excentri motus decrementum remotio ⁊ auersio. Tuz via pusta a.20.♎ vsqꝫ ad.10.♏. Superiorum quoqꝫ trium vt sint occidentales ⁊ in occidentalibus circuli quadrantibus ibidem ☉ preter nonum sed in signis femineis. Inferiorum autem vt orientales ⁊ in quadrantibus circuli orientalibus. ❡ Infortunium stellarum est vt sint infortunijs coniuncte aut oppositione eorum sine tetragono aut trigono vel exagono: aut sint termini infortuniorum seu domicilijs aut supereminueant infortunia vt ex.10.aut.11.a stelle loco eiusqꝫ nec recepte infortunio. Tum vt coniuncte ☉ aut in tetragono eius siue oppositione peiusqꝫ infra.4.gradus. Tum vt capitibus draconum suorum aut caudis iungant aut capiti draconis: aut caude idqꝫ infra.12.gradus. Sunt qui caput de natura augmentatiua iudicent: cōuenientibus itaqꝫ fortunatis fortune addit: infortunijs iunctis infortunio. Caude vero natura diminutiua: minuit itaqꝫ tam de fortuna ꝙ̄ infortunio vtrolibet genere piuncto. ❡ Postremum est obsessionis infortunium. Est autem bipartita. Primo quidem vt sit stella in quolibet signo vtrūqꝫ vero in eodem signo infortunij aut corpus aut radij aut ab infortunio separata infortunio applicet. Secundo vt sit stella in signo quolibet pariterqꝫ infortuniorum alterum in secundo alterum in.12.quod genus signi potius est. Si enim nec insit stella fueritqꝫ vel oriens vel aliud quodlibet hoc modo affectū obsessa dicitur. Utrolibet igitur in genere si vel ☉ vel fortunate respectus propius.7.gradibus interuenerit eripit magis propriuz domicilium huiusmodi quasi obsessio si infortunata fuerit summe fortunata. ❡ Impedimenta. ☽ seu corruptiones singulares vndecim sunt. Prima est eclypsis validissima in signo radicali seu in trigono eius aut tetragono eius. Secunda sub radijs. Tertia inter ipsam ⁊ oppositionem ☉ minus.12.gradibus. Quarta cum est obsessa inter duos malos. Quinta vt sit cursu vacua. Sexta quando est cum cauda draconis. Septima cū est in australibus signis magisqꝫ descendēs. Octaua in via pusta. Nona in fine signorum. Decima cum minus medio suo motu icedit. Undecima in nono ab oriente.

❡ In extraendis stellarum radijs iuxta Ptholomeum.



In extrahendis stellarum radijs multa diuersitas per diuersos tractatus inuenitur ꝙ̄ albi. Nam hic Ptholomeū elegimus cuius ipsa hec verba. Quotiens inquit trahendi fiunt stellarum radij discernendum primuz est locus stelle inter circuli quadrantes qui si inter celi cardinem ⁊ oriens reperitur obseruatus assumetur: locus stelle ex circulo recto pariter ⁊ medium celi ex eodem circulo quo facto diminuetur is medij celi gradus de eo stelle gradu quodqꝫ remanserit diuidetur per partes hore gradus stelle vnde hore stellarumqꝫ puncta colliguntur eaqꝫ est distantia stelle a medio celi. Qꝫ si stella sit inter oriens ⁊ terre cardinem: summum recti circuli detrahetur de stelle gradu eiusdem circuli reliquoqꝫ seruato assumpte partes hore gradus stelle per senarium multipli-

cabuntur: productaq3 summa de reseruato reliquo diminuetur: quodq3 remanserit diuidetur per partes hore oppositi gradus stelle: quotq3 colliguntur hore sunt horarum puncta ea est distantia stelle ab oriente. Si autem inter quartum et septimum assumes terre cardinis circulus diminuetur de loco stelle ex eodem circulo residuumq3 diuidetur per partes hore gradus opposite stelle: eaq3 est distantia stelle a cardine terre. Si enim inter septimuz celiq3 sit cardinem vnum recti circuli detrahunt de loco stelle eiusdez circuli reliquo notato partes hore oppositi gradus stelle senarius multiplicabit vnde; producta summa de notato residuo dempta reliquū per partes hore gradus stelle diuidetur: eaq3 est distantia stelle ab occidentis cardine. Ad hunc modum stelle a cardinibus distantia deprehensa cū extrahendi fuerit radij stelle cuiuslibet figure in sinistram quidem ad exagonuz.60.tetragonū.90. ad trigonum.120.gradus adijcientur. in dextra vero detrahentur. Cuz hec itaq3 numero introitu facto in circulum rectum quot gradus equales in signo suo designauerit assumentur deinde loco stelle per ortuz climatis vt ante sinistram. Item ad exagonum quidem.60.ad tetragonū.90.ad trigonuz 120.gradus addentur in dexteram vero diminuentur. Cum quo numero in tabula climatis introitu facto quot gradus equales in signo suo demonstrauerit assumentur. Si ergo vtrūq3 assumptus equalium graduuz numerus in eundem gradum inciderit eum gradū eius stelle radij fuerunt. Si vero in diuersos collecta inter numeros differentia per senariū diuidetur: quātumq3 diuisio dederit multiplicabitur per horas distantie stelle a cardine: productaq3 summa duorum locoruz loco stelle per gradus equales in sinistra propinquiori in dextra vero longinquiori adijcitur. Quo ergo numerus peruenerit eousq3 radij stelle pertingunt. Oppositionis deniq3 radij per diametrum oppositum significat.

¶ De annis firdariech stellarum simul et de annis earum maioribus medijs et minoribus.



Anni stellarum quinq3 partitio reperiunt. Alij qdez sunt firdariech stellarū. Alij sunt magni stellarum anni. Alij maiores: medij: minores. Alij quidem in iudicia seculi. Alij in vitam humanā. Alij in rerum et tpum numeros tuz ex virtute corpoꝝ stellarum: tuz ex varijs per circulos suos metis tum ex terminis cuiusq3 alijq3 atq3 alijs per circulum proprietatibus certis dimensionibus assumpti quorum ratio plenius alibi tractatur. Nunc autem singuli in hunc ordinem numerantur.

Anni	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☊	☊
Firdarie	10	8	13	9	11	12	7	3	2
Maximi	1460	260	480	520	465	428	264		

		al' 115					
Maiores	120	82	76	108	57	79	57
		al' 72					al' 66
Medij	39 ꝛ di.	45	48	66 ꝛ di.	42 ꝛ di.	45 ꝛ di.	40 ꝛ dimidiũ
		al' 69 ꝛ dimidiũ		al' 39 ꝛ dimidium			
Minores	19	8	20	29	30	12	15

¶ De naturis stellarum septem ꝛ proprietatibus ducatum per vniuersa rerum genera.



Ostremo est vniuersi stellarum ducatus per diuersos rerum motus expositio quos in nullo singulari corpore simul omnes reperiri impossibile est: sed partim in hoc partim in illo: sparsim omnes complentur. Consequenter autem singulas tum ex naturali cuiusqꝫ virtute: tum ex varijs locorum affectionibus diuersos eorum motus comitantium.

¶ ♄ quidem natura frigidus siccus nõnunqꝫ accidentaliter humidus obscurus asper grauis fetidus vorax tenax: multe cogitatiõis firmeqꝫ memorie sibi magni: alijs paruui: eius est agricultura: habitatio: terrarum ꝛ aquarum rerum dimensio ꝛ pondus: fundi partitio: multaqꝫ interdum possesio: tum ꝛ manu altuꝫ pars artificiorum vt cementarij fossores carpentarij atqꝫ id genus tuꝫ summa ꝛ egestas nauigia longa via ꝛ difficilis longum exilium: etiaꝫ prouisus difficultatum ꝛ periculorum incursus: tum fraudes nequitia doli proditio noxa facinora abhominatio solitudo deliberatio quoqꝫ ꝛ intellectus: sermo certus ꝛ amicitia stabilis: longa prouidentia: tum ꝛ regum consules: omnisqꝫ malitia iniquitas ꝛ violentia captiuitas: cathene compedes carceres damnatio instantia pertinatia perfidia difficilis ira: nec tamen effrenis omnisqꝫ boni odium ꝛ inuidia. Tum metus angustia dolor penitentia passiones dubitatio. Error in volucrum labor pena lesio funera luctusqꝫ funebrij orphani vidui ꝛ orbi: hereditates resqꝫ antique. Tum senex patres aui proaui eiusqꝫ partis parentes. Tum serui mancipia mercenarij eunuchi vulgus atqꝫ hominum genus infame steriles ignauum detractium: corporis partes auris dextra ꝛ splen omneqꝫ melancolie genus. Tum malefici fures fossoresqꝫ monumentorum ꝛ spoliatores: omneqꝫ magice omnisqꝫ maleficij studium postremo



longa cogitatio:rarus sermo:altus secretorum intellectus:occulta profundorum atque inexhausta sapientia.



¶ ♃ natura calidus humidus dulcis temperatus equus est eius virtus naturalis ac nutritiua corpora animantium sobolisque progenies magnates et prelati:corporis partes auris sinistra et epar:forme dignitas:animi nobilitas:sana sapientia et intellectus:visionum interpretatio:certitudo et veritas. Tum iura leges templa cerimonie religio honestas fortitudo temperantia iudicia pacificentia: gratia vera fides humilitas et obedientia. Accidenter aliquando post deliberationem inconsultus rerum aggressus:ac difficultatum incursus. Tum patientia deinde vindicta et victoria in omni contentione magnificentia dignitates regna principatus. Tum spes gaudium munditia continentia parcitas beniuolentia amicitia liberalitas:animi ingenuitas. Tum facultates et suffragia:hominum societates:cohabitatio contubernium sermones quoque dignitates promissio stabilis:depositio fidelis hilaris iocundus placidus indulgens veneri officio et sibi et suis vtilis malum fugiens et bonum appetens prouido consilio:graui sermone:et priuatis publicis rebus salubris ac fructuosus.



¶ Mars:natura calidus siccus acutus vehemens atrox:eius est adolescentia vires epar cum ♃ nares cum ♀ corporisque passiones calide:tum igni tabula exustio cunctique repentini prouentus:reges violenti:inimici inhumani: peruersi iudices:iudicia castra regum:clientela iniquitas scelera proditio pugna cedes effrenis audacia:stulta securitas:elatio magna tumiditas iactantia:forme et glorie amor:dissensiones litigia seditiones controuersie predationes oppressiones insidia latrocinia:grauis ira:facilis offensa plage vulnera captiuitas discretio:fugiendi difficultas:timor ac tremor:improuisa festinatio perfidia contradictio turpiloquia:incautus amor: manifesta amicitia:promissus impensus piurus dolosus responsione: et aggressu promptus atque ingeniosus fallax inconstans exlex maledicus maleficus: malignus temporis incompositus omnia contaminans:varie cogitationis in rebus cogitandis:in rerum commutatione consultu reditu:multi murmuris et pene deformis inuerecundus incestus spureus ingratus: pregnanti grauis parturienti inimicus:partui periculosus nonnunquam aborsus: causa eiusdem: et mediocre hominum genus. Tum et pecudum custodia iumentorumque causa et procuratio. Tum et vulnerum et lesionum causa pluriumque cirurgia omneque

ferarium omne cruentum artificiumq̃ mortiferū. Nam eiusdē mortis acer bum duo reliquum magis ♄ ☿ participe.



Sol natura igneus temperatus: eius est omnis eorum nitor et claritas vniuersalis vita caput animantis cum animali spiritu atq̃ oculo dextro. Opinio quoq̃ et ratio tum medium zone habitabilis: reges et primates: concilia et cetus hominum: fortitudo: victoria: vindicta: honestas: magnificentia: habitudo bona existimatio: ambitio: multaq̃ auri cupiditas perspicuitas mūdicia graue eloquium vicinis noxius remotis cōtra sicq̃ inter hec nunc cōmodus eiusq̃ hic sublimatio illic degradatio habet leges: iudicia: magistratus intelligentias tum patres et fratres nihil roganti negans. Postrema sunt valida malorū vltio regimen imperiale summe diuinitatis contemplatio.



Venus frigida et humida temperata eius est mulierum genus minoresq̃ sorores. Tum vestimenta omnisq̃ cultus ac redimicula cū aureisq̃ et argenteis ornamentis: tum frequens balneum et ablutio forme quoq̃ aptitudo gratiosa cū multa facetia amor musice gaudia loci omnisq̃ instrumentalis melodia cum ipsis ēt instrumentis atq̃ motibus adaptis. Tum sponse cum spōsalibus: ac thalamis cum triplici iure coniugij simul: etiā odora dulcia ac suauia queq̃ ludi incesseris atq̃ aleis ocia preter studia: amor: lasciuia: dulces querele: effeminatio: indignatio: fallacia: frequens mendacium ac periuria. Tum vina mella potusque inebriabilis ipsaque ebrietas: luxuria: fornicatio omneq̃ id genus tum naturalis vsus q̄ cōtra naturam in vtrolibet sexu tamq̃ legitimi q̄ illiciti cū ipsis omnium auctoribus simulq̃ omni prole illegali. Tum dilectio nati mutua hominum charitas pietas facilis crudelitas voluntaria receptio valitudo corporis animi debilitas multa carnositas pinguedo cum adipe omnis voluptas diuitie: et oblectamenta eorūq̃ studiosa inquisitio. Tum subtilia mirandaq̃ artificia: vt egregie picture atq̃ future cū suis artificibus tum fora et tentoria odorumq̃ mercature. Postremo scientiarum intētio. Templa deinde legis obseruatio ius equabile.

Mercurius promiscuus ad omnem commixtionis assensum facilis eius pueritia cum maioribus fratribus multoque puerorum amore. Tum diuinitatis fides prophetie sermone discipline doctores cum discipulis ingenium: ratio: eloquentia: precepta eorumque obseruatio: plena sapientia: sana doctrina: salubris exhortatio arguta deceptio: probabiles idutiones necessarij sylogismi: philosophie ac poetrie studium: plurimumque in mathematica: arismetrica: geometrie: et astronomie nec sine metrica et richmica. Tum diuinationum sortilege quoque cum augurijs et auspicijs preterea grata et fructuosa facundia. Tum libri cõmẽta scribe eorũque officiũ acuta et propterea officia diligens oium sciarũ vsus et exercitatio cũ eleganti nouitatis inuentione ac secretorum intellectu soli diuinitati patentiũ rarũ gaudiũ rare delicie tenuis voluptas tum prouidũ consiliũ: fama: rumores: ambitio magis glorie cãe deinde qõnes: tributaria acrea: appotetice questus cũ multo sumptu ac falsitate. Mercature partiens negociationes furta: fraudulentia: maliuolentia: ignauia: inimicitie: timor: seruitus: dubij atque inuoluti affectus obediẽtia cũ summa itentiõe ac mitti in alienos dolores cũ passione fratrum amor propulsio legis obseruatio verax causata ingrata vocis modulatio: aptitudo in omne artificiũ cunctorũque perfectio cõfidenti oium professiõe. Postremo suendi: radẽdi: pectendi: adapta manus cũ suis instris et artificibus. Nam et fontium scaturigines amnium decursus aquarum deriuationes.



Luna frida acc̃italr iterdũ calida ad lumẽ lucens leuis ad oia faciens negocia: formã: gaudiũ: famã affectãs: ei9 sunt negociorum inicia, reges et principatus sba cum victualib9 affectũ psecutio itẽtio in scias legem altorũque ptẽplatiõem tum et carminum vires varij mot9 animi studiorũque in terrarũ atque aquarum cõputo ac dimẽsiõe debilis tñ sensus tenuis memoria preterea matrone piugia grauide nutritura et nutrices mres auie maioresque sorores nũque mãdata fugitiui mẽdaciũ delatio assentatio oib9 motib9 accomoda et accepta nihilominus laus corporum saluti studiosa multum edax parum venerea.



Hij ergo stellarum ducatus vt nunquam omnes simul in vno corpore inueniuntur sic nec ex vllo loco simpliciue stelle habitu per diuersa tempora colliguntur.

Liber octauus. 8. habet capitula. Primum de causa partium. Secundũ de diuisione. Tertium de partibus stellarum. Quartũ de partibus signorum. Quintum de partibus. Sextum de conuentu partium Septimũ de ducibus partium. Octauum de eorum inuicem intentione.



Mnes stellarum ac syderee virtutis rationem totius tractatus series continet postreme partitionis est alius quidem celestis potentie ducatus ac secundaria virtus non in ipsis quidem stellarum aut sydercum corporibus sed principalibus ducibus consequenti necessitate sumpte. Omnis enim antiquitas in his tribus ducibus convenit primo stellis: secundo signis: tertio vtrorumq; partibus per circulum ordinatis: quorum primi duo animi et corporis vice prima tractant consilia. Tertius more accidentis porum in assensum succedit quamquam nonnulli veterum primis omissis tertii tantum auctoritatem per omnia negocia sequantur. Hermes tamen cunctiq; sequaces eius persarum babilonie atq; grecorum astrologi in omni negocio primo stellam naturaliter ad id ducentem cum loco suo. Secundo domicilium eius negocii eiusq; dominum. Tertio partem negocio attinentum cum loco atq; domino suo consulunt eque vt de ceteris conuentum eius cum stellis et respectum ductumq; ac transitum metientes. Unde manifesta videtur partium causa si quibus stellaris ducatus ratio constans est idq; duobus modis. Primo quidem quoniam stellarum distantie quantitatem ducatus earum inequalitas sequitur vt promptius inter stellas eiusdem ducacus patet. Quemadmodum inter solem et saturnum quorum vel ducatus ad status ducatus patrum necessaria visa est ducum distantie dimensio ad perpendendas eorum vires omni tempore in omni negocio que prima partium causa existit. Secundo vero quoniam rerum modus quo sydera ducunt non simplici aliquo ducatu perpenditur verum permixtionem duum aut plurium idem designantium quidem genus frequenter in volucrum atq; error consequitur ne facile princeps eligi possit quem pre ceteris sequamur aut cum dominorum alter sit diurnus alter nocturnusq; sicq; alter masculus alter femina hisq; similia nec multo alter altero fortior hic itaq; negocii partem educi necessarium est que cum alter virtus testimonia accesserit facile assequendum ducem eligat quoniam ergo hec distantia collecta in quemlibet circuli locum incidat necesse est ex tribus eas principiis oriri constans est quorum duo naturalia firma tertium mutabile ac prima quidem duo sunt inter que sumuntur eorumq; primum a quo tertium a quo numerus collectus incipit: verbi gratia ab hac ad illam collectus graduum numerus atq; in initio ab orientis gradu aut alium desumpto per trigenos gradus eductas vt steterit partis locum fugit. Quod autem hic numeras ab oriente distat concipitur. Secundo vero quoniam oriens rerum initiis preest iure sepius ab ipso iniciandum videtur. Nam quidem interdum aliunde vel ab alio videlicet domicilio aut loco stelle causa est quod ei negocio affinius attinet quapropter vt dictum est: tertium hoc principium mutabile est. Quoniam vero stellarum omnium circuitus zodiaci axem ambit sicq; oriens quidem per zodiaci gradus computatur. dicimus enim vt stellam sic oriens in hoc vel in illo huius vel illius signi gradum deduceretur non vero per orientium gradus sunt enim de circulo vel recto vel ver-

ticali quorum poli a zodiaci polis alterutra ex parte distant vt est recti circulo distantia sicut Ptholomeo placet graduum.23.puncto .51.

¶ De diuisione. Caplm. 2.



His itaque positis he partes iter principia tractatus & numero & nominibus distinguende videntur. Omnes etenim quas persarum babilonie & egypti auctoritas firmauit in libris eorum.97.inueniuntur trina serie discrete. Ex prima serie sunt partes stellarum. Ex secunda signorum partes. Ex tertia diuerse ab vtrisque necessarie tam in quibusdam genezie atque annalium locis necnon & questionibus plurisque aliquorumque ngociorum iniciis. ¶ Primi generis partes.7.sunt numero singule singularum stellarum quarum & nominibus appellantur. ¶ Secundi generis partes.80.numerabuntur. Orientis tres prima vite secunda sustentationis tertia sensus & rationis. ¶ Secundi.iii.prima opum secunda mutandi tertia inuenieniendi. ¶ Tertii.iii.prima fratrum: secunda numeri fratrum: tertia mortis fratrum. ¶ Quarti.8.prima patrum: secunda mortis patrum: tertia auorum: quarta generis: quinta fundi iuxta Hermetem.6. iuxta ceteros persas.7.agriculture.8.finis. ¶ Quinti.5.prima prolis: secunda hore & numeri natorum: tertia prolis maxime: quarta femine. Quinta diseretionis vtrum ne masculus sit an femina. ¶ Sexti.4.prima egritudinis iuxta Hermetem: secunda iuxta Belitem: tertia seruorum: quarta captiuorum. ¶ Septimi..16.prima coniugiorum virorum iuxta Hermetem: secunda iuxta Velitem: tertia qua viri feminas aliciunt: quarta euentus maris cum femina. quinta adulterii: sexta desponsationis femine iuxta Hermetem septima iuxta Velitem: octaua qua femine viros aliciunt: nona conuentus femine cum viro: decima adulterii femine: vndecima castitatis: duodecima coniugii vtriusque sexus: decimatertia horum desponsationis: decimaquarta pacti & modi nuptiarum: decimaquinta agnatorum: decimasexta contrauersiarum & aduersariorum. ¶ Octaui.5.prima mortis: secunda stelle necessitatis: tertia anni timendi: quarta loci periculosi: quinta doloris & angustie. ¶ Noni.7.prima itineris: secunda nauigii: tertia religionis: quarta ingenii & prouidentie: quinta scientiarum & sapientie sexta memorie placitandi & fabularum: septima rumorum vtrum ne veri sint an falsi. ¶ Decimi 12.prima potestatis nati: secunda patrisque discretionis: tertia consiliarium principum & regum: quarta victorie regis & facultates: quinta subite exaltationis: sexta nobilitatis: septima sequacium regis & militie: octaua regis officii nati: nona opis manualis: decima mercature: vndecima operis debiti: duodecima matrum. ¶ Undecimi.11.prima diuitiarum: secunda amabilitatis. tertia notitie inter hoies & precii: quarta deliberationis: quinta deliciarum: sexta spei: septima amicorum: octaua penurie: nona abundantie: decima ingenuitatis animi: vndecima gratie ac bone existimationis. ¶ Duodeci-

mi.3.prima inimicorum iuxta hermetem:secunda iuxta alios:tertia laboris ꝛ pene. Tertij generis partes.10.sunt numero prima est pars halgiphel.secunda viciosi corporis:tertia strenuitatis ꝛ audacie.quarta feritatis ꝛ angustie in pugna:quinta fraudis ꝛ doli:sexta loci negocij:septima impedimenti rerum iuxta egyptios:octaua iuxta persas:nona retributionis:decima veracis effectus. ¶ Fiunt igitur omnes vt prediximus.97.partim stellarum per septem domiciliorum:ptem absolute:ad rerum natiuitatem assumpte.

¶ De partibus stellarum. Caplm. 3.



Deinceps vt proposuimus ordine cuncta psequemur: atqꝫ in primis primum genus assumentes oes generaliter omnis negocij partes inter geminos eiusdem duces firmi. Cum igitur stelle due equaliter in naturali eiusdem rei ducatu conueniunt fueritqꝫ altera vt solet interdum vt a fortioris haiçen a fortiori incipiendum erit.vt sol ꝛ saturnus cum equaliter ad patris ducatum ducunt suntqꝫ eiusdem haiçen ambo videlicet diurni:quia sol die fortior est die ab ipso fit inicium. Quod si equaliter in ducatu conueniant fiuntqꝫ alter diurnus alter nocturnus die a diurno nocte a nocturno inchoabimus vtpote sol ꝛ luna cum equaliter in fortune ducatu conueniant die tamen a sole nocte a luna summitur recte initium vt ille diurna ille nocturna fortuna est. Cum vero die nocturne alteri altero fortioris fuerit ducatus ab ipso inchoabit. Quotiens vero ducatus signi est eiusqꝫ domini sepius a domino fit initium: ¶ Est enim omnis signi ducatus eius domini non vero conuertitur ꝙ tamen si fortius ad rem duxerit interdum ꝛ ab ipso fit initium:deinde in comunionem assumitur oriens:aut alia vel circuli vel stellarum loca. Sic enim collectio inter primos duces numero adijciuntur gradus vel stelle aut loci cuiuslibet in signo fitqꝫ totius initium a principio signi vndiqꝫ per gradus equales. Accidit interdum vt dum stella ad domicilium assumetur alterius sit eiusdem rei domicilium alterum computo: verbi gratia. Oriente cancro in quarto climate: leo quidem numero semper opum domicilium est. Cancri vero computo nonunquam ꝙ cum accidit pro eo negocio sumetur: a luna vsqꝫ ad sequentem in cancro quo oriens illic simul ꝛ secundo domina est non tamen vsqꝫ ad solem dominum leonis. ¶ Prima est pars lune inter solem ꝛ lunam sumenda recte quidem cum sol cunctis celestibus clarior diurnum lumen generali mundi fortuna vniuersali vite atqꝫ domine rerum magnitudini ꝛ splendori atqꝫ summis dignitatibus gradibus presit:luna vero lumen nocturnum proxima est post solem claritate ꝛ fortuna corporibus eorumqꝫ alimentis atqꝫ incrementis generaliqꝫ rerum nature ac necessitati ducatum prebens. Que cum ita sint conueniente equidem die a sole ad lunam:nocte a luna ad solem sumitur collectoqꝫ numero graduum orientium totumqꝫ a principio orientis inceptum ac per gradus equales deductum partis locum signi:vt si quando ambo lunam in eodem puncto reperiuntur pars etiam in ipso orientis puncto consistat que quoniam lune est cuius quottidiana necessitas ꝛ vsus eadem ꝛ pars fortune appellatur. Se-

quitur aut secundaria vice omnino luminum virtutem ac proprietatem ad animam ⁊ corpus multa virtutem:formam:fortunam:dignitates:opes:sapientiā:intellectuȝ:cogitationes negocia:opera:rerumqȝ initia ducens. Obtinuit ergo pro tanta virtutis elegātia vt ⁊ pars lune sit ⁊ oriens lune nec sine causa. Quotiens enim trāsacto hore diei per partes hore ipsius diei multiplicabūtur. Totaqȝ summa a loco lune deducatur aut in ipsum partis fortune locum aut certe in proximuȝ necesse est peruenire recta solis imitatione a cuius loco ea summa per locum climatis deducta ad orientis graduȝ peruenit. Igitur vt luna prima ⁊ vniuersaliter in omni negocio consulitur ita pars eius pre ceteris omnibus omni negocio accipitur. ¶ Pars solis inter solem ⁊ lunam sumitur. Cum enim nulla stellarum inequalitas quantum in ipis est appareat solumqȝ lune huiusmodi altero manifeste pateat ad hoc nec vlla aliarum in rerum effectu ⁊ generationibus pars lunaris virtuti potentie merito pars solis tanq̄ vniuersalis rerum patris die a cōiuge luna ad solem:nocte a sole ad lunam summi debuit summeqȝ orientis gradibus additis a principio orientis deductus numerus locum signi: hec est itaqȝ pars q̄ q̄ solis est cuius animi felicitas ⁊ amalgrab vocāt partem celati q̄ est intrinseci bonum. Imitatur autem partem fortune per omnia magis tantum intrinsecus spectans quemadmodum ⁊ illa plus extrinsecam amplectitur. Erat enim conueniens: vt queādmodum pars lune corporis accidentia designaret sic pars solis anime proprietates moderaretur vtraqȝ in ore parētum vtrūqȝ cōmunicans ea se ratione habentes: vt die quidem pars fortune ducatus virtute precedat nocte boni ad animam ⁊ corpus ad compaginem vtriusqȝ ad nature secreta rerum altitudinem vimqȝ absconditam:longeqȝ remotam cum summa diuinitatis speculatione ac legum obseruatiōe. Cum ad honores ⁊ gloriam atqȝ aurarum temperiem ducens has nō nulli cōmutant:ita vt eam que lune est soli attribuant que solis lune: sed ratio que exposita est obtinuit. ¶ Pars saturni pars more sumitur die a gradu saturni ad gradum partis lune: nocte econuerso adiectisqȝ orientis gradibꝰ a principio incipit ducit igitur mutationem saturni ad alteram rerum prouidentiam ⁊ memoriam ad segnitiam ⁊ desidiam ⁊ tenacitatem ad perditam decessa degradata laborem:inopiam:agriculturā:edificia: nauigia:maleficia:carceres:catenas:metum:senectam:motumqȝ mortis. ¶ Pars iouis pars mortalitatis sumitur die a parte solis ad locum iouis nocte conuerso adiectisqȝ orientis gradibus a principio inchoat ducit itaqȝ more iouis ad morum compositionem gratiam ⁊ honestatem:iustitiam:leges: honorem: dignitates:prudentiā:temperantiam:societateȝ:amicitiam:liberalitatem rerūqȝ finem. ¶ Pars martis pars strēnuitatis sumitur die a marte ad partem lune nocte conuerso assumptisqȝ orientis gradibus a principio instituit ducit ergo lege. Martis ad animositatē:maliciam: acumen:securitateȝ:violentiam:iniquitatem:flagitia:crudelitatem: controuersias:pugnam: cedem: oēqȝ genus mortis. acerbe. ¶ Pars veneris pars amoris sumitur die aper

te fortune ad partem celate de nocte converso adiectisq; orientis gradibus a principio incipit ducit etiaz more veneris ad voluptates: delicias: iocos: cantilenas: amicitiam: gratiam aptitudinem: ad omnem iocū suaue dulce: omneq; venerij officij genus. ¶ Pars mercurij pars ingenij et memorie sumitur die aperte boni ad partem fortune nocte converso adiectisq; orientis gradibus a principio incipit ducitq; more mercurij ad solertiam: intellectum: eloquentiam: de inceptiones mercaturam varia ingenia: omneq; studium et artificium ad hunc moduz. Partes stellarum hermes inueniendas tradidit quarum hi sunt generales ducatus singulares nāq; prout incidunt iudiciorum tractatibus reliquimus hic vniuersaliter de omnibus adijciētes: vt sint stellarum ducatus pro locis ac diuersis actionibus omni tempore variantur sic et partium ducatus locorumq; mutationes in ducatus discretionem magnopere seruari conuenit.

De partibus signorum. Capitulum quartum.



Equitur vt deinceps ptes ordinemus: dicemus igitur sumendi singulas diuersorumq; dissonantiam in sumendo tum quid rectius sit postremo generales signorū ducatus premissis tum paucis que antea necessaria sunt. Sunt enim nōnulli qui cum plures domicilij vnius partes inueniunt imperitie necessitate quadam insumendum discordent. Quapropter id ex animandi causa exponendum erat. Cū ergo plures in hoc artificio minus perspicaces inueniātur nos hermetem et persas plurimum sequamur que singulas ex huius ducibus in eodem naturaliter ducatu consentientibus sumunt qui cū singula domicilia diuersis rebus varijsq; modis alios atq; alios ducatus prebere vident nullā vnaz partem tante rerum diuersitati designande sufficere posse intellexerūt. Quapropter et singulis prout opus erat pluries adinuenerūt partes diuersa domiciliorum parcientes officia. Que cum generaliter qdem in ipsius domicilium designatione cōmunicent: habent tamen speciales suas et proprietates: verbi gratia. Mors quidem genus: species vero naturalis acerba in natura expectata repentina hisq; similia: vnde mortis domicilio quandoque erant necessaria genere quidem cōmunicantes: specierum vero distantia distantes: nec tamen singulis omniū domiciliorum officijs sue cuiq; tribuuntur partes vt quantum cum specialis sit numerum: et iniciorum nulla tamē seorsum mrm pars nulla iniciorum tradita reperitur seu q; hic huiusmodi inter ea determinarunt coma vellent seu q; speciali certitudine non inuenta generali officio relinquere mallent. Cū igitur has partes indagemus: singulariter quidem dare rationem longum esset; verum partim data partim studiosi ingenij relinquimus.



Rientis partium prima pars vite sumitur inter ♃ ⁊ ♄: ♄ enim ⁊ ♃ supremi stellarū ac grauissimi vt rerum statum firmant ⁊ producunt: humane quidem vite spacio magis accōmodi reperiunt: assumpto oriēte participe q̄ vite precest: die quidem a ♃ ad ♄ nocte cōuerso. Ducit igitur ad vitam corporisq; statum ⁊ anime: ac salua quidem ad vite impendium corporis salutem anime gaudia spectat: corrupta contra. ⸿ Secunda pars sustentationis atq; firmamenti: quomodo omne firmamentum ac stabilitas meliori fortiorisq; fortuna perficitur: nulla vero pars ☉ ⁊ ☽ fortuna eque in anima corporisq; natura potens quorū amica atq; firma cōpages vite firmamentum est stabilitas: die quidē a parte ☽ ad partem ☉ nocte conuerso sumpta ab oriente incipit ♀ parti cognata. Ducit autem ad nati formam ⁊ similitudinem partusq; modum: salua quidem forme decorem corporis integritatem ⁊ valitudinem statuʒ decentem habitudinem gratiosaʒ: ceteraq; id genus comoda pficit itineribus quoq; salubris ⁊ vtilis: corrupta contra: que si duci paterna acliuis reperitur formam nati ad patris eiusue generis similitudinē effingit: si materne ad matris eiusue cognationis exemplar. Quotiens itaq; discernendum fuerit firmumue maneat quodlibet an mutabile accepto primum oriēte aut nati aut anni siue questionis eam partē amplectemur: que si fuerit in respectu domini sui aut cum orientis domino aliorumue cardinū pariter ⁊ accedens reʒ imperpetuum firmat remota contra. Sin autem vt accedens pariter infortunata: firmat quidem sed detrimento ⁊ noxe: si fortunata fortune ⁊ gaudio. Sin autem vt remota simul ⁊ fortunata: mutabile quidem sed deinde fortunam consecutam infortunium si infortunata. ⸿ Tertia sensus ⁊ rationis quoniam ☿ sunt ingenium memoria discretio eloquentia sapientia. ♂ vero acumen vigilantia leuitas: die quidem a ☿ ad ♂: nocte econuerso sumpta ab oriente incipit. Ducit igitur vterq; mutatione ad sensum discretionē eloquentiam ⁊ sapientiam siq; vel ipsa vel dominus eius cum orientis domino fuerit pariter cum aliquo loci testimonio. ☿ forti respecta copiose rationis sumiq; ingenij promissum est: si ♂ multi acuminis ⁊ perspicacitatis.



Ecundi partium prima opum ex opum ducibus sumitur: die noctuq; a dn̄o scd̄i ad gra. secundi incipitq; ab oriente. Ducit autē ad questus necessaria ⁊ victualia: salua quidem fructuosa: corrupta cōtra. Non enim vsq; ad diuitiarum copias aspirat que primorꝫ ducum sunt. ⸿ Secūda pars cambiendi die noctuq; a ♄ ad ☿ sumpta ab oriente incipit: hec itaq; si ⁊ ipsa ⁊ dn̄s eius ad opum ducatum accesserint simul corrupti plurima cambiendo disperdunt: salui contra. ⸿ Tertia inueniēdi die a ☿ ad ♀: nocte conuerso sumpta ab oriente inchoat: ducit ad casuales inuentiones eorum que decidunt siue obmiscuntur qui quam in via aliquoue id genus suum loco. Si ergo potens fuerit simul cum solem vel lunam aut in eorum

amico respectu pariter in cardine querenti rem casu vel obliuione perditaꝫ inueniendam tribuit. Nam id quoqꝫ hoc modo statuta multarum inuētionum promissum.



Ertii partium pars prima fratrum: quoniā ♄ ⁊ ♃ primi stellarum: ⁊ continui atqꝫ ♄ virtus retentiua. ♃ generatiua que duo primordia sunt omnis geniture. In omni vero generatione primi ⁊ cōtinui sunt fratres. Hermeti quidem eiusqꝫ sequacibus die nocteqꝫ a ♄ ad ♃ sumenda visa: sicqꝫ ab oriente incipere: aliis nāqꝫ potius a ☿ ad ♃ sed hermetis sententia grauior. Recte quidem cum eoꝝ vsqꝫ adeo concepta sit fraterna societas: vt apud veteres licet interdum ♃ ♄ filius: nōnunq̄ tamen ⁊ fratres memorentur ambo celi parte geniti. Ducum igitur cuꝫ domicilii sui domino ad status fraterni societates ⁊ amicitias negocia ⁊ amicitia que sunt dn̄o suo signa multe prolis occuparit: multos ꝓmittit fratres: pauce pauca. Sic itaqꝫ fratrum numero deprehendendo sumetur quantū interest a parte vsqꝫ ad domicilii dn̄m vel ꝯuerso per singula signa singulos numerando bipartito si interfuerit duplicato: quotqꝫ interfluunt stelle per singula singulis anumeratis ¶ Secunda numeꝝ fratrum die noctuqꝫ a ♀ ad ♄ ab oriente incipit hec itaqꝫ cum premissa dn̄is suis inter signa multe pauceue prolis fratrum numerum discernunt. Numerus aūt per signa ⁊ stellas vel vsqꝫ ad annos stellarum applicans: minores vel medios vel etiā maiores quibus etiam respicientes iuxta annorum suorum numeros adiiciunt. ¶ Tertia mortis fratrū ⁊ sororū die a ☉ ad gradū. 10. nocte conuerso sumpta ab oriente. Hec igitur vt mortem fratrum innuit: cum vel signoꝝ circuitum vel per gradum dictum quorum prima ad . vara ꝯm tecit vocant vsqꝫ fratris ducē vel sororis peruenit vel cōuerso hoc ad illum periculosum est.



Uarti partium prima pars partis: qm̄ ♄ antiquitas: ac masculina natura vnde patris ducatū sortit: similiter qm̄ omnis nati vite cā pater est. ☉ autē vniuersalis animantiū vite auctor: vnde ipse in patris ducatū concessit. Die a ☉ ad ♄ nocte cōuerso sumpta ab oriente incipit. Et si ♄ sub radiis extiterit vice eius succedit ♃. Sunt qui cuꝫ id accidit eam inter ♂ ⁊ ♃ colligūt: sed hermetis auctoritas grauior: quoniam nec ☉ id ducatū prohibet ⁊ ♃ patris grauitati ♂ cognatior. Hec itaqꝫ cum ♄ hospicii sui dn̄o ad patris statū fortunam ⁊ comoda spectat. Nā cum dn̄o suo salua ac ꝓspera patris honorem ⁊ fortunas accumulāt in cōtra sicqꝫ fortunati vitā producunt correpti decurtant. Hec etiā cum dn̄o suo ipsi nato quoqꝫ regni ⁊ potētie dux est. ¶ Secūda die mortis a ♄ ad ♃ nocte ꝯuerso sumpta ab oriente incipit: ducit ad causas ⁊ occasiōes mortis patrū Timenda qdem quotiens vel ipsam vel dn̄m eius anni patris cōsequētur aut eius ducem alteruter. ¶ Tertia auoꝝ die a dn̄o ☉ ad ♄ nocte cōuerso

ab oriente inchoat. Quod si ☉ interim ♌ graditur sumitur a primo ♌ ad ♄: si
alterutrum ♄ domiciliorum a ☉ ad ♄ nec interest vtrũlibet. ♄ interim sub
radijs fuerit aut extra. Hec ergo cum domino suo quotiens infortunia cõse-
quitur auorum noxam minatur cũ fortunatis salubris ⁊ vtilis. ¶ Quar-
ta pars genealogie sumitur die a ♄ ad ♂ nocte econuerso: adiectisqꝫ ☿ de
signo suo gradibus a principio inchoat. Hec itaqꝫ si cardinem tenet domino
suo respecta aut ☉ saltim medijue celi domino ceteruumue cardinum domi
nis amica figura natum celsa nobilitate clarisqꝫ natalibus pdicat: quantũqꝫ
infra substiterit tantũ degeneret. ¶ Quinta hereditatum hermetis die no-
ctuqꝫ a ♄ ad ☽ sumpta ab oriente incipit. Hec cum domino suo salua ⁊ pro
spera amplitudine agri frugumqꝫ abundantiam promittit: aduersa contra.
¶ Sexta hereditatum persarum die a ☿ ad ♃ nocte conuerso ab oriente
inchoans eiusdem iudicij. ¶ Septima agriculture die noctuqꝫ a ♀ ad ♄
sumpta ab oriente inchoat. prospera itaqꝫ ⁊ ipsa ⁊ dñis eius sementi atque
insitionibus fructus multiplicat aduersa contra. ¶ Octaua pars finis rerũ
sumitur die noctuqꝫ a ♄ ad dominum coniunctionis vel oppositionis ini
tiumqꝫ ab oriente sumit que si cum domino suo in signo directi ortus inci-
dit vitam actusqꝫ nati ad beatũ finem producit aduersi atqꝫ in signis obli-
quis cõtra. Si autem variãtur vt hoc in hoc signorum genere ille in illo ad
eundem ducatum ⁊ modũ variant: vt tñ locus partis postremũ obtineat.



Quinti partiũ prima ps prolis sumit vt Hermeti placet
die a ♃ ad ♄ nocte ꝯuerso: sicqꝫ ab oriente dedu
cta: quã hechil qdẽ die noctuqꝫ a ♃ ad ♄ sumit. Obtinuit
hermes qꝫ die parti vite: nocte pti fratrũ cognata aptior sit.
Hec itaqꝫ distinctim vtrũ ne habiturus prolem sit quispiaꝫ
sterilis futurus. Si enim pariter cuꝫ domino suo in signa fe
cunda inciderit prolẽ promittit: in sterilibus negat. Sic ⁊ numerum filiorũ
disterminat inter signa multe pauceue prolis hac discretione habita salua q
dem datam prolem saluat: corrupta negat: ducit etiam ad statũ prolis qꝫ qꝫ
apud parentes obtinet gratiam. Sumpto deinde quantum interest a parte
vsqꝫ ad eius dñm aut conuerso qꝫ intefuerunt signa tot partus narrabimus
bipartitis tñ duplicatis singulisqꝫ per singulas stellas si que interfuerũt an
numeratis. ¶ Secunda pars hore nati numerumqꝫ natorum: vt sexus di-
scretionis: quoniã ♃ humor temperatus. ♂ vero calor voluptarius: om-
nisqꝫ generationis causa voluptas calorẽ humori temperans: die noctuqꝫ
a ♂ ad ♃ sumpta ab oriente deducitur. Nec itaqꝫ post premissa discretio-
nem numerum natorum metitur. Quotiens enim deinde ♃ liber ⁊ fortis
hanc partem vel corpore vel radijs consequitur: partem restaurat que si in
signum masculinum inciderit plures masculos edit: in femineo plures femi
nas. Si ergo ad fecundam prolem ducit: ⁊ ipsam ⁊ dñm eius consulemus:
proqꝫ loci comoditate narrabimus: deinde partis annos minores vel me-
dios vel etiam minores pariter ⁊ cum respicientium additamẽtis. ¶ Ter-

tia pars prolis mascule que quoniam ☽ infantia ♃ proles mascula sumi-
tur: die noctuque ad ☽ ad ♃: incipitque ab oriente: hanc heckil a ☽ ad ♄ su-
mit. Obtinuit hermes prout ♃ geniture quam ♄ promptius est que cum do-
mino suo prospera nato honores et diuitias parat aduersa cõtra. ¶ Quar
ta pars prolis feminee die noctuque a ☽ ad ♀ cum proles femina ab oriente
inchoans: hanc herchil nocte conuertit: obtinuit hermes prout vtraque no-
cturna ☽ que die noctuque in ducatu fortior: que prospera natura adornãs ho
nesta cõnubia ditat: aduersa cõtra: he due partes pro habitudine sua in fra
trem et sororem vt alteri preferatur discernũt. ¶ Quinta pars sexum discer
nit aut nati aut nasciturí aut cuiuslibet quesiti. Sumpta namque die a domi-
no ☽ ad ☽ nocte e conuerso in signo masculino masculum: in femineo femi
nam iudicat.



Exti partium prima incõmoditatis corpore atque passio
num: hermetis: quoniam omnis dolor superabun
dantium qualitatum est merito ab infortunijs inquiritur die
a ♄ ad ♂: nocte conuerso ab oriente incipiens. Corrupta er-
go et dominus eius multe passionis grauiumque morborum
causa est: salua salutis. ¶ Secunda pars egritudinis aliorũ
die noctuque a ☿ ad ♂ ad eadem: omnia ducens preter cronicas. ¶ Tertia
pars seruorum: quoniam omnis cursus ac seruitia et subiectiones infirma-
rum stellarum sunt hermeti placet: vt die noctuque a ☿ ad ☽ sumatur sicque
ab oriente incipiat: ita vt cum dño suo prospera seruitijs copiosus questus
consequendos promittit: aduerso laborẽ inutilem et penam parte prospera
dñs aduersus questus quidem: sed deinde penam: conuerso cõtra: hoc in si-
gno multe prolis multam subiectionem et seruitutem intendit in sterili rarã
hanc herchil nocte conuertit et zedamfroch die a ☿: ad partem fortune no-
cte cõuerso: legem hermes obtinuit. ¶ Quarta captiuitatis die a domio ☉
ad ☉ nocte a domino ☽ ad lunam sumpta ab oriẽte inchoat: hec libera for
tunatis iuncta: familiariter consistens captiuitatẽ omnemque huiusmodi an-
gustiam vitat: corrupta penis et cruciatibus inuoluit.



Eptimi partium prima desponsationis viri: quoniã
♄ primatia ac natura mascula: ♀ feminea.
Masculus vero prior femina. Hermes die noctuque a ♄ ad
♀ sumens ab oriente deducens. Hec itaque cum dño suo viri
coniugia tractat. Salua quidem honestis et egregijs thala-
mis ditans: corrupta contra: quoniam ♃ fortis aut radios
consequitur desponsationem constituit. ¶ Secunda v velitis die noctuque a
☉ ad ♀ sumpta ab oriẽte incipit. Harum duarum prima pars qua viri fe-
minas alliciunt. ¶ Tertia pars coitus viri similis. ¶ Huic similis est quar
ta pars adulterij atque fornicationis viri. Omnium igitur simplex hec via.

Libere siquidē ⁊ prospere suis quecꝫ officijs vtiles ac salubres: aduerse cō/tra quinta ⁊ sexta que in cōnubio femine sumitur. Hermes primam que vi ri cōnubio data est conuertens recte eiusdem etiam iudicia in huius sexum transfert. ¶ Septima eiusdē rei vvelitis die noctucꝫ a ☽ ad ♂ sumens ab oriente instituit quam ceteri per se nocte cōuertunt. ¶ Octaua ⁊ nona vve/lis harum duarum prima pars qua femine viros alliciunt. Secunda pars coitus femine similis eiusdem. ¶ Decima est pars adulterij atcꝫ fornicatio/nis femine: similiter ⁊ harum omniū simplex consilium. Nam salue quidē suis quecꝫ officijs comode: aduerse contra. ¶ Undecima pars castitatis fe/mine die noctucꝫ a ☽ ad ♀ sumpta ab oriente inchoat que signo firmo re peritur domino suo respecta: aut saltim fortunatis castam ac modestam pa rit bipartito fortunata respecta ♀ quidem indulget incestam inde cohibet. In tropico fortunatis visa effreni ardore damnat: nisi quantū fortunate ca/stigant. Nam si pariter infortunijs eiusdem alienis incōtinentem edit ac for san inuerecundam scortum. ¶ Duodecima pars cōiugij vtriusqꝫ sexus su/mitur die noctucꝫ a ♀ ad gradum cardinis occidentis: incipitcꝫ ab oriente que si infortunijs iuncta reperitur ⁊ respecta infausti federis omnium cuius dn̄o aduerse locato si pariter ♀ ♄ corrupta: aut sub radijs nunq̄ iungunt. ¶ Tertiadecima pars hore coniungendi die noctucꝫ a ☉ ad ☽ sumpta ab oriente inchoat: quā cum ♃ fortis corpore aut sub radijs consequitur cōiu/gij dies instituitur eis dico quibus natale fundamentum cōsistit. ¶ Quar tadecima pars ingenij atcꝫ studij componendi cōiugium: die noctucꝫ a ☉ ad ☽ sumpta a ♀ deducit que prospera id studium ad optatum finem per ducit: aduersa contra. ¶ Quintadecima pars natorum die noctucꝫ a ♄ ad ♀ sumpta ab oriente incipit que cum dn̄o suo fortunata honestis clarisqꝫ natis adornat: infelix cōtra. ¶ Sextadecima pars controuersie die a ♂ ad ♃ nocte conuerso sumpta ab oriente incipit. Que si in oriente aut cū domi/no eius reperitur: aut in aliquo cardine natum litigiosum portendum: sicqꝫ pariter corrupta litigijs damna ⁊ supplicia minatur. Si vero cum domino in oriente oratorio officio dignitates consecuturum.



Octaui partium primam partem mortis: quoniā ☽ cor porum cōditionem ducit: octaua mortem: ♄ ve ro interitus: dolor angustia ⁊ luctus Hermes ex his tribus eliciens die noctucꝫ a ☽ ad gradū octaui sumptā adiectisqꝫ ♄ gradibus a principijs eius signi instituit. Hec itaqꝫ si ⁊ ip sa ⁊ dn̄s eius corrupti sunt beniuolarū respectu mortē acer bam minant: liberi v̄o mitē: hāc alij inter ♂ ⁊ ♄ legūt Hermes obtinuit. ¶ Scd̄a pars stelle necātis: qm̄ orientis dn̄s animā ducit: ☽ corpus quo cō pages vita est solutio interitus. die a dn̄o orientis ad ☽ nocte cōuerso ab ori ente inchoat: huius dn̄m si ☽ sola respiciens signum sectorum mēbrorū oc/

cupat pariter corrupta necat: libera de memoriis truncat. ¶ Tertia pars anni metuendi die noctuq; a ♄ ad dominum coniunctionis aut oppositiōis sumpta ab oriente inchoat. Hec itaq; atq; dominus eius cum domino orientis corrupti natos frequentes morbos corporis lesiones opum damna minantur quā cum annus nati consequitur aut illa ad oriens eiusue dominum vel signorum circuitum vel per gradum ductum peruenit minarꝝ effectum instaurat. ¶ Quarta pars loci metuendi die a ♄ ad ♂ nocte conuerso sumpta a ☿ signo incipit. Hec cū orientis domino infelix in eo signo ducatus sui officium tractat. Itaq; cum vel annus nati ab oriente ad eam partem applicat: aut conuerso pars ad oriens eiusue dominū vtrolibet applicationis genere peruenit crebris difficultatibus: hominē grauibusq; impedimentis inuoluit: huc si infortuna accedunt decrementi passionē: atq; supplicij mina ei presertim loco cum eius signi ducatus preest. ¶ Quinta pars angustie die a ♄ ad ☿ nocte conuerso sumpta ab oriente inchoat. Hec cum dño suo infelix: quotiens anno nati deprehenditur aut ipsa illum grauiter aduersat: nisi fortunate intercedant que si fortes fuerint deinde liberant. Hec si in natali cum oriētis domino reperitur omnem vitaz infaustam deducit.



Noni partiuz prima pars itineris die noctuq; a domino noni ad gradum noni sumpta ab oriente inchoās nati itinera metitur itinerumq; negocia. ¶ Secūda pars negocij die a ♄ ad. 15. gradum ♋: nocte conuerso sumpta ab oriente inchoat. Hec cum insignis aqueis nauigijs secūdos parat questus: corrupta metu ⁊ periculis damnat in eo gradu cum ♄ reperitur ipse est orientis gradu vicem suscipit. ¶ Tertia pars religionis die a ☽ ad ☿ nocte conuerso sumpta ab oriente incipit. Hec cū domino suo orientis domino iuncta dumtaxat libero vitam nati religionem ⁊ honestatem ornat: corrupta ꝯtra. ¶ Quarta pars prouidētie die a ♄ ad ☽ nocte conuerso sumpta ab oriente inchoat. Ducit autem assensum memoriam discretionem prouidentiam proprie ♄ orientali super terram sua recepta aut ☽ potenti amice respecta ¶ Quinta pars scientiarum: quoniam ♄ firmamentum ⁊ memoria ♃ prudentia ⁊ intellectus. Mercurij ingenium scripture ⁊ eloquentie recte ex his tribus sumitur die a saturno ad iouē nocte cōuerso: atq; a mercurij signo deducta ad alteram sapiētiam artificia variasq; scientias ducit magisque salua ducibus: his fortibus amice recepta. ¶ Sexta fame ⁊ hystoriarum die a sole ad iouem nocte conuersa sumpta ab. o. inchoat que in cardine mercurio aut veneri aut oriētis domino respecta: hystoriarum atq; rumorum capacitatē acuit memoriam firmat pronūciationem expedit. ¶ Septima rumorum inter verum ⁊ falsum discretionis die noctuque a mercurio ad lunam ab. o. inchoans que cum in cardine aut signo firmo seu directi ortus reperitur veruz indicat minus aliter.



Ecimi partiū prima principatus ⁊ potētias nati quoniā sol lumen diurnuȝ nati vite honori atq potentie preest: luna vero nocturnum: secunda virtute solem sequens. Ex his atq principatibus eorum sumitur die quidem a sole ad principatum nocte a luna ad eius principatū sicq ad orientem deducitur: hec ergo si in summo aut cū stellis fortibus familiariter consistentibus reperitur nato principatuȝ graueq potentiam promittit. Q si die sol nocte luna principatus sui gradum occupauerit cum gradu oriente ducatum obtineret simul itaq si familiariter cōstiterint suiq officij participes honoris ⁊ potentie promissum. ¶ Secunda regis die a marte ad lunam nocte conuerso sumpta ab.o.inchoat hec cū domino salus orientis atq decimi domini permixta aut regem magnum parat aut virum regince auctoritatis ⁊ reuerentie. ¶ Tertia consilium regis atq primatum curie: quoniam mercurius in dando ⁊ accipiēdo scripturis eloquentie ⁊ consilijs preest. Martis auteȝ vis mine iniurie terror atq tormenta die a mercurio ad martem nocte conuerso sumpta ab.o.inchoat prospera igitur ⁊ dominus eius ⁊ ipsa cum orientis domino nato eiusmodi officia atq dignitates offerunt. ¶ Quarta regis ⁊ facultatuȝ atq victorie ei9 die a sole ad saturnum nocte conuerso sumpta ab.o.inchoat. Q scilicet sub radijs sit iupiter viceȝ suscipit hec quoq nato regi honor ⁊ dux est magisq duci domino permixta atq orientis in eius signo si pariter oriētis domino testimonium fuerit cuncta optata demuȝ consequenda promittit. ¶ Quinta subite exaltationis die a saturno ad partem fortune nocte conuerso ab.o. inchoat que si taȝ orienti ꝙ fortunatis accōmoda existerit natum subito eleuat. ¶ Sexta auctoritatis magniq nominis die noctuq a mercurio ad solem ab.o.inchoans graui auctoritate ⁊ amplitudine natum predicat. Q si cum stella.10.participe reperitur diuitias amplamq potentiam machinat. ¶ Septima curie regis ⁊ militie die a marte ad saturnum nocte ꝯuerso sumpta ab.o.incipit si cum domino suo orientis domino miscetur natum curie regis inserit. ¶ Octaua regis atq operis nati quoniam saturni labor lune officia die noctuq a saturno ad lunam sumpta ab.o.incipit que ꝓspera cuȝ domino suo regnum ⁊ potentiaȝ parat sicq pariter in geminis aut virgine egregia opera celsaq artificia. ¶ Nona mercature aut manualis operis die a mercurio ad venerem nocte conuerso ab.o.inchoat ducit igitur cum domino suo ad artificium officia pulchrior natiq operis vt sunt artificia ⁊ id genus cum lanifica pretiosa vestiumq ⁊ ornamentorum apparatus his similia. Tum etiam gemmarum ⁊ specierum diuersorumq genera mercatura. Q cum domino suo orientis dño permixta subtili manuū aptitudini questus ⁊ honores promittit. ¶ Decima mercature iuxta alios persas aperte solis ad partem lune nocte conuerso ab.o.inchoat hec cuȝ premissa in respectu mercurij cum receptione natum mercature officio additum sicq pariter prospere mercaturis copiosos questus aduerse cōtra. ¶ Undecimi incuitabilis operis die a sole ad Iouē nocte ab.o.inchoat que orientis domino per

mixta nato necessitati operando imponit atqꝫ in patientem ocij animi. Sic igitur prospera questus aduersa damna parat.



Vndecimi partium. ¶ Prima pars iudiciarum potestatis ⁊ quoniam partes luminum originis sue ratiōi ceteris omnibus virtute preeminent recte die a parte fortune ad partez boni nocte conuerso sumpta ab.o. inchoat; hec cum fortunatis in loco suo recepta magisqꝫ in 10.aut.11.infortunijs auersis nato perpetue fortune diuiciarum ⁊ honoris fundamentuz. ¶ Secunda gratie atqꝫ honoris recte vt prima atqꝫ ex eisdem luminum partibus sumpta si cum fortunatis aut in earū domicilijs seu principatu siue trigeno reperitur natum amabilem ⁊ dilectuz multa replet gratum infortunijs vero eisdem ex partibus odiosuz. ¶ Tertia reuerentie ⁊ auctoritatis die aperte fortune ad solem nocte conuerso sumpta ab.o.inchoat que si soli atqꝫ ioui recepta aut ceteris fortunatis pariter ⁊ domino orientis amice respicientius natum summa reuerentia ⁊ auctoritate tam coram principibus ꝙ pro populo predicit de quibus quantuz defuerit tantum infra subsistet. ¶ Quarta deliberationis die a parte fortune ad iouem nocte conuerso sumpta ab o.inchoat que cum orientis domino aut in eius respectu salua natum rationabili deliberatione in rerum dispositione ad summam auctoritatem ⁊ honorem effert potiusqꝫ fortunatis respecta: infortunijs vero sine orientis domino contra. ¶ Quinta voluptatum ⁊ deliciarum die a parte fortune ad partem futurorum nec ꝯuerso ab oriente incipit quam si locus saluus tenet consecuturum desideria ⁊ separaturum sed aduersos subcubiturum tradit. ¶ Sexta spei die a saturno ad venerem nocte cōuerso sumpta ab oriente inchoat hec cum domino suo felix in loco suo prospero omnem spem producit aduersa contra. ¶ Septima amicitie quoniam omne frequens officiū presertim lune ⁊ mercurij ꝙ inter amicos plurimum variatur die noctuqꝫ a luna ad mercuriuz sumpta ab.o.inchoat hec cum domino suo ⁊ re ⁊ loco salua pariter in signis tropicis ꝙ plurimos sociat amicos. Sicqꝫ pariter ⁊ ipsa ⁊ dominus eius felices his amicitijs non solum honestatem verum amplissimas etiam vtilitates pollicetur sicqꝫ deinde simul ⁊ recepti eas amicitias ⁊ societates internis perpetuis beniuolentie vinculis. ¶ Octaua necessitatis die noctuqꝫ a parte celati ad mercuriuz ab.o.inchoans ducit ad mutuam amicorum ac sociorum beniuolentiam ac charitatem huius atqꝫ orientis domini alter in alterius exitio aut casu siue in signis inimicis nato grauem penuriam ac difficilem egestatem minuat. ¶ Nona habitudinis die noctuqꝫ a luna ad mercuriuz ab.o inchoans hec cum domino suo partim fortune orientisqꝫ domino permixta natum opuz abundantia ac deliciarum affluentia beat. ¶ Decima ingenuitas animi ⁊ libertatis die a mercurio ad solem nocte conuerso ab.o.inchoans que si fortunatis iuncta aut respecta maximeqꝫ ioui aut soli amice ligata reperitur ⁊ ipsa ⁊ dominus eius insignis ingenuis egregium natuz ingenio nobili ani

mo celsa amplaqꝫ ingenuitate preditꝫ infortunijs impedita cōtra. ¶ Undecima gratie et familiaritatis die a ioue ad venerem nocte conuerso ab .o. inchoans hec cum domino suo fortunatis maximeqꝫ ioui cuncta vel respecta natū amabilem et in omni officio gratiosuꝫ reddit: infortunijs retenta ꝯtra.

Duodecimi partium. Prima pars inimicorum iuxta quosdam die noctuqꝫ a saturno ad martem sumpta ab .o. inchoat. Secunda pars inimicorum ſm Hermetem die noctuqꝫ a domino domus inimicorum in gradum domus inimicorum ab oriente inchoans he due in tetragono aut oppositione dominorum suorum aut domini oriētis nato plurimos irritant inimicos. Tertia laboris et pene die noctuqꝫ a parte celati ad partem fortune natum grauibus et inutilibus damnat laboribus.

Nunc ea que extra stellarum atqꝫ domiciliorum ordinem seorsum necessitate quadam adhibite tractantur exequi ordo postulat. E quibus prima pars balbileg cuius inuentioni primum discriminari conuenit vtrum coniunctionem an oppositionem natus consequatur. Quo facto vtralibet precesserit ab eius gradu atqꝫ puncto vsqꝫ ad gradum et punctum lune sumpta adiectis orientis gradibus a principio inchoabit hec igitur et ipsa balbaileg per gradum ductum et per signorum circuitum producetur. Sicqꝫ vt ad vtramlibet stellaruꝫ applicant ex natura et effectu afficitur aput infortunia quideꝫ difficultatibus atqꝫ icommodis vnde nōnullis ex eis que artificio operam dabant cum hac ignorata diuersoꝝ inuita per diuersos terminos casuum ideo plerūqꝫ constaret: nec tamen ceteris circumspectis singulorum causam reprehenderent: hanc tandem aduerterunt sicqꝫ per ordinem perducentes vsitatis ceterarū experimentis huic proximā post balbileg per motus ac spei loca et tempora auctoritatem intellexerunt. ¶ Secunda corrupti ac morbidi corporis die a parte fortune ad martem nocte conuerso sumpta ab or incipit hec cum orientis domino si albibetu aut in signo humido natum grosse habitudinis ac morbidum edit. Si vero preter orientis dominum cum marte aut mercurio tenere habitudinis: nec minus corrumpitur. ¶ Tertia militie die a saturno ad lunam nocte cōuerso sumpta ab .o. inchoat quod parti regis partiqꝫ operis nati ac sensus et prouidentie conueniens esset hec in exagono martis aut iouis aut infortuniorum domicilijs fortibus recepta natum feritate graui belli causam indicat. ¶ Quarta audacie in die a domino ascendentis in ☽ nocte conuerso ab oriente inchoat: hec si in aspectu ♂ vel ♃ fuerit animositatem audaciāqꝫ tribuet. ¶ Quinta fraudis doli astutie omniumqꝫ id genus mercurialium virtutum que quoniam anime sunt parsqꝫ celati pre ceteris ad animam faciens sumitur die a mercurio ad partem celati nocte cōuerso sicqꝫ ab .o. inchoat hec orientis domino permixta natuꝫ eiusmodi virtutibus instituit. Itaqꝫ

prospera quidem cōmoda, aduersa contra. ❡ Sexta loci negocij quoniam in omni negotio plurimum infortunata metiuntur. Mercurio autē in dominij negotio participatio ex his tribus sumitur die noctuq; a saturno ad martem sicq; a mercurio inchoat. Que si die marte nocte saturno libera reperitur negocij prouentum indicat ⁊ effectum contra corrupta. Adhibetur principaliter atq; singulariter eis negocijs quorum genus indiscretum nomenq; ignotum vt fit in tacitis questionibus: nam incertis suis eiusq; ducibus participat. ❡ Septima necessitatis ⁊ obstaculi iuxta egyptios die noctuq; a marte ad gradum partis fratrum ab .o. inchoans. ❡ Octaua iuxta persas die noctuq; a parte amoris ad mercuriū he due cū infortunijs proprie cum saturno pariterq; vel ipso vel domino eius orientis domino permixto natū in negotijs suis inuoluerit atq; impediunt grauibusq; passionibus vacuo labore damnosisq; decrementis afficiunt. ❡ Nona remunerationis die a marte ad solē nocte conuerso ab .o. incipiens hec in cardine aut accedenti cum orientis domino natum dapsilem multeq; remunerationis predicat aliter in gratum. ❡ Decima veracis operis die a mercurio ad martem nocte conuerso sumpta ab .o. inchoalis hec accedens ⁊ prospera natū in omni actu suo fidelem rectum veracem ipsiq; omnia recte prouentura iudicat accedens autem ⁊ aduersa recte prouentura sed damnose. remota vō vel in signo mobili nec etiam explicaturum aliquid omni igitur sua eiusq; officia ⁊ ducatus per diuersos tractatus in genezia annalibus questiōibus operum atq; negotiorum institutionibus prout incidunt diuersi auctores exequentur: nec enim vniuersos ducatus omnium vnum aliquid volumen continet. Quapropter ⁊ nos generales tantum hic. Nam singulas locorū ⁊ constellationū varietas indicat nec intantū vsq; a ratiōe theorice digredi fas erat excepto quantum restat quod vt locus exigit expeditum. Non longe ab hinc tractatus finem concludet. Hic Albumasar vt pluriq; faciunt seu multitudinis causa seu vt minus diligentibus satis faciat omnium partium numerum a primordio reiterans omnium inuentionē ternamq; originem denuo instaurat. Quod ne nimia beniuolentia nimiam pararet prolixitatem. Nos tāꝙ nil faciens transeundum duximus: cum nil quippe alius nec aliter ꝙ dictum est oportet. Nam si minus iudicatur exemplari in singula sua lecto industrie concessuꝝ oppinor. Quapp ad sequentia trāseam⁹.

❡ De conuentu partium.



His itaq; dispositis de conuentu partium exponendū aliquod videtur duobus enim modis accidit plerasq; in eisdem conuenire locis: aut ex eo ꝙ eodē modo atq; ex eisdē principijs summūtur: aut ꝙ licet diuersa habeant principia eiusdem tamen numeri atq; termini in eadem incidunt loca atq; he quidem locis cōmunicent proprios tamen non relinquunt ducatus. Uerbi grā: pars veneris parsq; vite

in idem punctum incidunt: huic si venus testatur in parte vite ad membrorum perfectionem corporis salutem et fortunam in propriaue parte ad amorem delicias et voluptatem spectat atque in hunc modum.

¶ De ducibus partium.


Nunc duces partiū generales sequemur. Nam speciales pro quarumcūque dignitatū quibus incidunt officio in eis libris quibus artificium instituitur altius indagamur. Primum itaque signo partis circulique loco notato consequenter pspiciendū est singularine ducatu fruat an plurali habere nāque potest duces post vnū duos vel tres nō plures vnū quidem vt pars itineris cū domicilio itineris incidit ipsum tamen eius signi dñm sicque per cetera duos cum alibi alterum .s. itineris dominū alterum signi cui incidit: habet aūt et alter duos cum inter duos sumpta in alterutrius domicilium incidit quorum prior dñs eius. Nam extra vtriusque domicilia vsque ad tres peruenit duos scilicet inter quos sumitur tertiumque dñm eius partis igitur virtus integra est cū eamus vnum sequitur ducē ipsius respectu iuuat. Ea vero que duos aut vtriusque aut eius saltem cuius domicilium possidet. Nam ea que tres aut omniū aut saltem plurimū et fortiorū. Non tamen eque virtutis vt vterque vel omnibus respecta sed pximi. Quibus quantum defuerit tante debilior quod vt respiciūt si aut in casu suo fuerint aut retrogradi: hisque similibus impediti partis ducatū debilitant infectūque relinquunt. Respectus itaque si amicus est optata libere spondet. Inimicus vero rei dono passiones miscet accedunt et stelle naturaliter ad partium ducatum spectantes: vt parti operum, si dñi sui respectus defuerit accedet iupiter parti desponsationis venus: seruitij mercurius: sicque per cetera. Qui si respiciunt dūtaxat fortunati et recepti atque in cardine partis effectum parant licet nec dum integre neque id si nō alienū amminiculo homis quidem nondū in aliqua sua dignitate sint: ignoti vero si extra. Si vero aut infelices aut incorrupti sint aut nō recepti aut remoti rem quidem similant nec tamē perficiunt. Igit impediens si saturnus est ideoque retrogradus inimicos impedimēto ptendit: mars ptrouersias: mercurius infelix mercaturā aut scripta: luna aliquos rumores: venus mulierum genus: sol iura principiū: iupiter iudicium vel legem: caput vō de magnatibus aliquod: cauda de vulgo.

¶ De eorum inuicem inuentione.


Postremo inter hos oēs hos duces aliorum ex alijs loca deprehendēda. Est. n. omnio quaterna oium ptium substātiū post est dux a quo numeri sumit initiū: secundus ad quem: tertius est locus a quo: quartus est in quē incidit: Sunt igit oēs hij ea adinuicē cōstituti viribus determinatis duoque ducibus. Si forte orietis gradus ignoratur sumet quātum autem est a tertio ad quartū a secundo duce contrario

deducetur. Unde ad primi locum puenire necesse est. Cuz aūt ex tribus aliis scdm insequmur sumet item quātum interest a tertio duce ad quartum deductumq3 a primo p ordinē ad secūdi gradū puenit. Exēpli causa: sole primo duce. 18. gradus arietis tenēte luna. Scdo. 20. leonis. Tertio geminis orientis gradu. 15. Quarto ptis fortune loco in. 18. libre gradu. Itaq3 si ex reliqs orietis gradū inuestigamus sumimus a sole ad lunaz fiuntq3. 123. gradus. Totum igit a gradu ptis ꝯtra signoꝝ ordinē deducimus: vnde in. 15. geminoꝝ puenire necesse sit. Si vo ex reliqs solē legim⁹ ab orietis gradu ad ptis locum fiuntq3. 123. gradus qd a gradu lune ꝯtra ordinez deducti ad. 17. arietis gradum pueniunt. Nam si lunā ex reliqs indagamur sumimus item ab orientis gradu ad partis locū fiuntq3. 123. gradus. Totuz igit a gradu solis per ordinem deductum ad. 20. leonis gradum peruenit.

¶ Opus itroductoriū i astronomiā Albumasaris abalachi explicit felicit. Venetiis: mandato et expensis Melchionis Sessa: Per Jacobum pentium Leucensez. Anno dñi. 1506. Die. 5. Septembris. Regnante inclyto domino Leonardo Lauredano Venetiarum Principe.

¶ Registrum.

a b c d e f g h

Omnes sunt quaterni.



Rupert $ –, nd

2/27/30